testis accedat Certe in hanc xpi religionem suis temporibus concordasse
omnes ecclesias non solum in hyspania et Brittania ut incipiam ab ul
timis nostro gallus Italia Sardinia Cipro Creta et Dalmacys con
stitutas sed in Capadocia etiam in Mysia et Macedonia et universa
sunt helladia. Insuper et universa affrica pamphilia licia Isauria
et insomni egipto et libia et ponto totoque oriente preter paucos
arrii sectatores ad Iovinianum augustum missa fideles athanasii
testatur epistola non fama sequentis sed comperta referentis et ut ipse ait
experimento sinam omnium cognoscentis et litteras pluribus hominumque notitiam
habentis. Cum forte pluribus testis res eget Ambrosius 2o nota
tionis omnium gentium libro. et post eum Augustinus ipse in psalmo quinto et nona
gesimo xpiane fidei lationes quam Romanum Imperii fines ponit
nec pervenire potuisse ingum ipso ferro regnantis aliquo pervenit xpi
Et si deserto Imperio loqui eos constat. non de isto quod iam non Imperium
sed ymago quedam et Imperii umbra est Utinam nostris quoque temporibus
verum esset profecto non tota mentiretur affrica. non persis non syria non
Egiptus non Asia fere omnis. non denique quod est gravius magna pars
Europe Romano enim Imperio illi antiquo ut plurimi testantur auctores
nichil omnium defuit nisi modicum orientis Nobis heu ipse omnia desunt
nisi modicum occidentis quibus tum per se singulis tum simul omnibus
in hac ipsa ceremonia cum tanta insit auctoritas ac fides neminem tam
infidelem tamque hebetem puto esse qui non sentiat Quid hec tamen
hii omnes dicunt et plus aliquid paucissimis verbis amplecti Augustinus
libro vere religionis haud procul a principio Per omnes inquit terrarum
partes quas homines incolunt sacra xpiana traduntur Dictum breve
sed flebile nobis et quo finalis damnii totius tantum metiare
Quamquam quid testimonia singulorum miror etiam te religat hystorie
Quot ibi annos mille catholicorum nova populum a septentrione
ultimo vel oriente vel austro ad roborandum vulgandum sacrum xpi
dogma tecum occurrerent ut hodie non dicam mille episcopi Sed ne
xpianus quidem vix inhabitat et ut leviora preterea sileamque alias
quibus idem principium par exitus ipsa venerabilis urbs Nicea ubi aptum

fidei fundamentu ab illis veri opificibus tot tam sacris sanguinibus tanta
ratione taliter compactu atque fallatu e sunt et tota Bithinia cum illas
pte est ab hostibus fidei possident. Ita regimur ea nris principibus rei
p. cura e sit aliena concupiscamus ut nra pdamus. Sz in alijs quidem
facile meipm silencio aut oblivione consoler. Tibi quid dicam pdita
ac deserta urbs. Hoc vulnus assidue recens in oculis et in fronte
gestamus. hoc tegi dissimularique nullatenus pt. Aliquanto q facilius dapni
sarcina ferimus qua pudoris. Ceterum hec salutis spes. hoc studiu gle
sic calcant sanctis membris q languentibus nostris et apud ipsum nunc ab
Egiptiaco cane dispicitur et insultant pedes impij sanctuario Ihu xi
eodem ipo pp nrm dedecus vel suas iniurias paciente. Vel ut dignu
est forsan occultans vindictam. Et est in tot tam publicis malis
quispiam qui veterum Romanorum glorie detrahere talibus q mendacijs
sui ob inquinare audeat. O nos prorsus indignos quibus tanto celi
favore tam nullis nris meritis sit consultum. O vere gratuita dei dona
dic enim quando et estu .i. calore doloris et fervore animi rapior et audax
dolor et indignacio loquax .i. habundans in locucione e et optima
.i. facunda materia quolibet incidit. Dic pr libet equidem percontari
Si hodie Julius Cesar ab inferis remearet cum illa potentia q sua
referens et Rome hoc e patria sua vivens ut haud dubie faceret xpi
nomen agnosceret diuturnus ne passurum credimus q Egiptius latro et
pelusiaci .i. opidum allexandrinum fortissimi tam mollis turba Canopi
.i. Civitas egipti ut ait ille non dicam Jerosolima et Judea et Syria
Sz ipam Egiptu atque Allexandria possideret dum meminisset olim se non
Tyranno impio sz Egiptio quidem Regi Regnum sunt et coniuge et vita
abstulisse terras q illas ut Cleopatre dono daret suo pcio donavisse
Non queo q id iuste agerit sz animi vim et armonia illam miror
ac nectiam temporibus nris dico qua facile enim fidelis effectus xpo suum
restitueret a quo se ipsm accepisse et eterna glam accepturu crederet
qui illud adulterij precium donavit concubine. Aut si cesar Augustus si
uterque Scipio Affricanus Si magnus pompeius ut mille alios taceam
eiusdem xpiane fidei sacris initiati .i. consecrati et in eadem urbe vivi
sicuti pati possent aut primus in hyspania qua multis ante seculis
fluctu aut nois sui maiestate composuit aut sedi in affrica Affrica
qua tributaria alter fecit alter evertit aut tercius sub artho
et per orientem ubi tot colla regu invictis inervit xpi sui nomen
ee contemptui. Si enim pro terrena patria vere fidei luce carentes tanta
sunt ausi quid non ausuros xpo duce fecisse credidimus pro eterna. Nostri
aut duces clarissimi homines in thalamo leonibus fortiores. in campo
ceruis timidiores. ora virilia. muliebribus animis. de honestate ad nocturna · de modernis principibus

Bella promptissimi imbelles ad reliqua et nil aliud animosi quam ad luxu
rie studium virtutis quoque odium quos imitari requeunt. quosque ut venari
vel mirari saltem taciti debuerant insectantur ac spernunt. nichil autem
insoliti. i. non soliti non assueti est si virtutis exempla virtutis hostibus
sunt molesta. Mahometi fautores ut in multis in hoc quoque secum
sentiunt. Ille quidem ut scriptum teneo Mecham ex urbibus ac Ιero
solima benedicens, Romam et Anthiochiam maledixit. Et qui iuvat
impietatum suarum cogitando causas querere. In mecha equidem et
Roma nichil est quo moveatur. Quid enim novi est si Mecham urbem
Mechus et impunis homo dilexit pessimum omnis impietatis habitaculum
dignum quoque contaminati et incesti sui corporis hospitium, ibi enim sceleratus
et infamis predo sepultus est luporum corvorumque visceribus dignior et
iacet ille carnifex in medio gentis sue summo cultu ac reverentia prorsus
indigna. Cum tamen heu dolor Christi tumulus reverendus ab hoste possessus
non sine gravi periculo et infami pensitatione tributi raro furtim a
fidelibus adeatur. ¶ Rursum vero quid mirum est si nefandus superstitionis
artifex suis artibus infestam almam urbem apostolorum sacro sanguine marti
rum cementissimam quoque arcem religionis ac fidei oderit, precipue metuens
inde potissimum venenato dogmati suo posse dissimile excidium provenire.
Cuius id recolens. tot inde ruinas et graves curis diversis iam temporibus
persis medis. egyptiis et caldeis ac maioribus suis arabibus provenisse.
Iustum pene odium sibi conflaverant metus et dolor. Miror magis si non
Iudaicas solitudines odio habuit in quibus audiebat Anthonios atque Ma
carios tot miracula tot virtutes solo Christi nomine peregisse. Nec dubito
et illas odisse eum magistrum voluptatum et totius obscene libidinis inventorem.
Illud animum tangit unde vel amor Ierosolime vel Anthiochie odium. Sed
inducor ut suspicor civitatem vel adversarium eius Christum adversarium putare
quamvis forte de Christo propter maiestatem et gloriam nominis eius palam obloqui
non auderet tot contumelias tot flagella tam crudelem mortem pertulisse
meminerat. et gaudebat amasse illum quasi locum odiosi in Christum iudicemque
precipuum et si amore quem firmum in corde preparat Christi nominis eiusdem vero
extinxisse debuit. Sed illam homo insensatus et impius et totus regnandi
cupidine et videbat Anthiochiam vero odisse quod illic primo cognomen
christianitatis exortum esset quod apostolorum actus indicant. Et petrus apostolus
Christi amicus et christiane dux et signifer cohortis illic prima pontificii cathe
dram conscendisset quasi harum altam quietum in ea sint et Christum et Christi nomen
oppresserit. Altam Christi et nomen et vicarium celebri veneratione suscipiebat.
Multum sane locum odiosiorem illi quam Bethleem fuisse crederem. Tacuisse autem

Nomen illud hominez licet indoctum natura tamen ingenij calliditate
versutum ne minus aptas ad dictum causas exprimere videtur. Hactenus
tenus gratum michi et lectori non ingratum puto diuticulum pro-
terium tempus est ut unde digressimus reuertamur. Ego itaque me-
stitie simulis impulsus quod solum potui cadenti et ignita lacrim-
arum indelebilem hanc infamie notam pro-fidis ac principibus nostris inusserim
qui tot inutilibus ymo dampnosis et impijs curis implicati ho-
nestam hanc et debitam precipuamque curam patrie negligunt. Patrie
inquam eterne interque velim non huius que in terris si que sursum est
in celis nostris uere. Unde nunc exulamus cuius ymagine hec representat
que si perperam extimet nec patria esse vera et mutum casum passa
et grauiore odio digna est. quippe que deum suum qui sub ueste
humili eam saluare descenderat multis licet et magnis de nube
carnis miraculorum fulgoribus coruscantem ausu sacrilego et consensu
nefario crucifixit. Et quamuis impietas sibi pestilens mundo utilis
foret dum in cruce actum quasi de loco altiore ad orandum gentibus
demittit. Non pro patria qualiter audienda sunt omnia christianis qui aut
sunt initiis ad celum laudibus offerantur. laudatur ex nostris brutus. laudatur
mutius. laudatur curtius. laudat decios fabios Cornelios quod sanguinem
suum pro patria effuderunt laudant et exteri. similis enim virtus non dissimilem
laudem meretur. Codrum ac temistoclem athene laudat lacedemon
leonyda. Epaminonda thebe. Carthago philenos fratres alieque urbes
ciues alios de quibus omnibus si quid sentiam queris. Celestis clanda
res publica est quam non tumultus tribunicij non secessiones plebis. non senatus
insolentia. i. superbia non inuidia simultatum. non bella ciuilia non externa
perturbant propter quam quisquis sanguinem suum dedit bonus ciuis et perpetuo dignus
est. Non quod ideo temporalem hanc terrenamque patriam deserandam censeam. i. contemnendam
men pro qua si res exigat pugnare etiam iubemur. Que ita demum
si iusticia regitur et legibus equis viuit. Qualem aliquo tempore
fuisse rem publicam romanorum Salustius ac huius multique alij scripsere.
De quo in primus actis copioseque disputat Cycero in hijs libris quos
de re publica scripsit. Quibus facile consentire ut tunc et diu toti
orbi vim faceret et violentissima uideretur iusta esset. quod hijs ipsis
qui cogebant expediens cogi et vinci idque non nisi optimum et excellens
rerum capud esse mundo licet gustum aspectu cecto nociuum foret. Nisi
quod dictam huic fine uehementer obstaret quod scilicet et si inter homines
iusticia fuarent cuique ius suum tribuendo et illis romanis actibus
apposita desperatis pacis morem imponendo parcendo subiectis et superbos
debellando qualis ut preclare ait Cycero idem alibi Imperium populi
Romani beneficijs teneretur non iniurijs bella aut pro socijs aut de imperio

Cetere exitus bellorum essent aut mites aut mites aut necessarij Regum populorum nationum portus esset et refugium senatus. nec a magistratibus imperatores quam ex una hac una re maximam laudem capere studerent si provincias si socios equitate et fide defendissent esset quam verissime illud patrocinium orbis terre verius quam imperium poterat nominari quam hoc magis sit erga homines summa iusticia et modestia Romanorum illius temporis acta consenserim iniustos tamen in deum fuisse non ambigitur cui non leve aliquid sed seipsos abstulerant fugitivorum more servorum sui furtum domino facientes quod est iniustissimum furti genus cultum illi debitum eius hostibus exhibentes que nimirum iniusticia multo est maior quam si vicino fundus avitus aut maternus rapere. Qui locus ab augustino in suo celestis Rei publice libris excussus turpe quam tractatus est. Quid vero si quis nascendo privatam nactus rem statum et moribus quales fere nunc omnes videmus in hoc tali patriam fudisse laudabitur Nichil minus quippe qui malis viris impiis civibus impunitate publicum facinorum contra morte quesiverit. hinc tu michi laude dignum ac memoria quam multis obstant tantum contigisse quid legimus hinc tu michi pro terrenam vive dixeris Ego et me adiungendo ac bis mortem dicitis qui sunt corpus atque animam sunt hac vita presenti et eterna Contra aut ne longius ingeram celesti illud quam patriam perpetua que beatam nobis spondet habitaculum sine fine. sine labore sine solitudine sine metu. sine ulla denique molestia. in qua nil turpe nil impium nil iniustum habitat. quid non licet audere vel aggredi iustum esset si quid pietatis aut iusticie esset in nobis. Iam vero ut petrus a patria sic ego longius ab incepto peregrinatus sum hoc quam michi aliquos unique solitarij sensus occursus dedit ut orientalem mihi obprobrium occidentis principibus ac populis exprobare Qua in re tam efficax ut dextera mea sit quam illius lingua fuit Quod frustra me optare testis sum Vereor magis ne importune nimium et audacter hic locutus videar inter illos quibus libertas ac temeritas et vitas furor et admonitio omnis iniuria est. Ut cumque res accepta erit. ego hijs verbis et digressione ac levatus gravi et molesto saxe querelarum ad susceptam narrationis iter actior credo

Romani in deum iniusti fuerunt

Quid vero in moribus demorer Capitulum x. Johes baptista

Ille inter natos mulierum maximus Johannes sanctus ab utero quam e summo celo fastigio venturus ad terram Christus Ut rex nuncium ut precone iudex. ut aurora diei. et lucifer sol premisit non se tutum credidit nisi deserti antra tenera etate subijsset

Eatridem Maria post xpm non in populis longum consp[ic]i
aut habitare in palatiis elegit. sed pr[imu]m fugiens in has oras
velud in orbem alterum delata p[er]severanter hic latuit in fine et p[ro]
domo sua habuit udam .i. madescentem et concavam illam rupe[m] quam vidisse
te arbitror neq[ue] enim procul hinc abest et locus est sacro quodam
horrore venerabilis ac visitari de longinquo est non indignus
ubi et sepe me fuisse et tres olim noctes totidem q[uam] dies non sine
voluptate alia quam que in urbibus capi solet exegisse memini
Illic dulcis ac felix xpi hospita non ornatu ullo puellarum sed
obsequium ministerio angelorum vivens ac moriens usa est ¶ At nil
tale fecit Martha soror dicat aliquis et tamen sancta est. non infitior
id quidem sed certe multo sanctior Maria que id fecit. Iure igitur
ab illo summo et infallibili rerum extimatore de optime partis electione
laudata est ut si verum est quod doctorum hominum hic assertio sub duarum
sororum integumento preter hystorie veritatem duplicis etiam vite
misterium contineri. nullus dubio relinquatur locus quin contemplativa
solitarie actuoseque vite et xpi iudicio prelata sit ac electione preferenda
Quis ergo miretur si peccator tot civitatis ¶ xpi fidelium presidia
ab hostibus tutas cupide fugit in latebras et imbecillitatis
sue memor et tot exemplis admonitus non huius tamen sed divinis. tu enim
valida omnia tu ad tu illud inexpugnabile quod ipse salvator fons
omnium salutarium exemplorum. nunquam nec externus solitudinis. nec frequentie
metuens ut doctrina tamen suam factis astrueret in monte oraturus
ascendit ¶ Solus oravit. In solitudine ieiunavit ¶ In solitudine
temptatum vicit adversarium post in multitudine licet voces ab ad
versariis perdidit ¶ In solitudine bis puo quinis et paucolis
panibus paucioribus q[uam] piscibus inextimabilem ac famelicam
turbam pavit cum saturitate mirabili tum ingenti miraculo fragmentorum
¶ In solitudine tamquam locum consolationis et pacis audita iohannis
morte se contulit ¶ Denique et loco campestri turbas docuit
¶ In excelso monte transfiguratus est ubi super eum vox eterni patris intonuit
¶ In monte etiam pernoctavit orans ¶ Et rursus in monte
oraturus ac moriturus ascendit non contentus ibi paulisper avulsus
a suis orationi ipse novissime magis magis q[uam] solitarium locum
quereret facto docens ut et nos arctis in rebus solitudinem querere
Idem et offerendum regni pondus respuens solus in monte fugit
¶ Et non diu tempestive mortis periculum in solitudine declinavit
ut nos fortune blanditias ac minas in solitudinem fugere et ex alto
contempnere doceremur ¶ Que si vera omnia si testibus evangelistis
nota sunt dubitantque adhuc xpiani homines quid nobis de solitudine

Sentiendu sit de qua ita sensisse virgine et duce et dnm virum sctiss
mumq ut dictu e precursor ab ipo primordio in solitudie vitam
egit Cumq tot amici idem vite genus et primi elegerat et pstmod
elegerunt Cumq postremo mater virgo deo gravida confestim
in montana perrexit In solitudine antequam nasceretur sacri uteri
btissimi podq servs cui pastori spm sctm duce fuisse fideliu nemo hesitavit
His autem et si qua sunt eiusmodi nam neque tanta conclude
vel vetitum fuit vel tam parva licuit papiro ingens et solitudinis
laus inest et ad imitandu similis exemplu quod profecto enim quisquis
h audiet si eodem aspiat idem faciet nec ad unu tamen diversa feret
via presertim cu neque rectior neque compendiosior ulla sit Et nimirum
applis proposito atque opinione distantes haud absurdu videri debz
Si ut studiorum sic locorum quoque distantia ac dissimilitudine sapientum
diversos animos diversis habitibus docent distincte quod mansios plerumque
contraria infeliciter insistent Amanda nobis et in familiaritatem
admittenda solitudo e. id quod no honestatis tm sed securitatis causa.
ut enim rarus lupus in silvis sic in urbibus perrara modestia est
Quis sua u vir aut ne tuti locus ee pot ubi et exemplis et consiliis
malis et impiis ii opinionibus fictis occupata omnia et consuetudini dictu
regimi ac perceptus error quasi quidam delectat et decreat u non
quitur quid verum sit Sz quid agi soleat aut quid plurimis videtur
quo fallacius testimonium nullum e Crede igitur michi Quisquis aut
virtute sequeris aut viciu fugis ut hanc teneas neve ab illo te
nearis. anceps tibi in populis e mora Quid enim ibi videas.
nisi contentiones adulteria fraudes iniurias furta rapinas homicidia
hee te artes excipient primo urbis in limine hee rerum ymagines
circumvolabunt hec exempla circumstrepent difficilimum erit quin et si
alius fueris quales cunctos inveneris talis fias.

Heu tibi nunc forte spes melior blandiatur quasi vel aliud
auditurus visurusve vel lubrica constantiore vestigio mansurus
sis innocentioris cui et sanctus et sapiens et propheta et tamen
contristatus et conturbatus e formidine mortis et timore ac tremore
obrutus et tenebris contectus. quid aliud vidit. nisi iniquitatem et
contradictionem in civitate ut suis utar verbis et super muros eius iniquitate
et laborem in medio eius et iniusticia et no defecerunt de plateis
eius usura et dolus propterea quod ipse tantorum rector ac debitor po
pulorum pro salute propria elongavit fugiens et mansit in solitudine
expectans dnm qui eu a tempestate animi salvum facit Nempe
meminerat sibi in solitudine divitias oblatum regnum se quod non
fratribus tm suis qui in civitate erant maioribus natu Sz regi istorum

Qui erat in regia domo iudicio placatus cum quod ipsum regem sibi impla-
cabiliter adversantem in solitudine ac speluncis bis in manus
suas traditum ac dimissum tam manifestis indiciis potentie sue
ut ora clamidis hasta quod regio procul ostensis invite licet
animi beneficio inimicum flere compelleret et reputabat inde secum
ut bis in solitudine magis hostis et qua nulla clarior victoria
bis animi sui victor sit In illud vero victus libidine indignum maie-
state regis scelus turpe adulterio degenere fraude et homicidio
crudele geminaverat Conferebat cum ipsa solitudine sua sorte urbana
cogitans ut illi post diem medium meditandi gratia in agrum egresso
et puram deambulanti felix castumque quicquid Sit sibi post meri-
dianorum somnum voluptuose deambulanti in solario regie domus
aliena coniugia fedandi voluntate impiam ac superbam et occasione
penitendam ac miseram contigisse in re ergo periculosam et infausta
urbem fugiens tutam ac felicem in solitudine sperabat Quod
si de Christo dictum accipimus ut quidam volunt eo magis ad id de quo
agitur argumentum est quo non modo David sed omnium maiorem Christus

Non sum causa equidem ut sermonis huius extrema tum pre-
rugam de ipso Abraham scriptum commemorari licet quod eduxit eum
dominus foras et ait illi suspice celum meo namque iudicio qui celum volt
suspicere quique celestia contemplari educendus est foras quoniam eo quod
in urbibus obiectu multarum et malarum rerum mortalis obtunditur
ac impeditur obtutus Ista dico educendus foras sed educendus a domo
Alioquin nusquam tutus periculis mundi in media nos deserta sequentibus
et maria alta tranantibus Unde est quod non ducem dominum sed concupiscentias
suas secuti quidam in solitudine inciderunt Nec ignotum habeo
ut Loth iustus in Sodomis in monte peccavit quamquam enim quid faceret
ignoravit ut ait Ieronimus et quamquam voluntas non erat in crimine
tamen error in culpa est Nec est ergo in quo excusari vir in ceteris
iustus et integer non possit quod ita se vino obrui passus est ut vel
ignorans probrum illud admitteret quod cogitare sciens ac sobrius
horruisset Leno pede igitur ascendit in montem melius forte man-
surus in Segor quam imbecillitati id est fragilitate sue sedem sponte
delegerat Sane clarior testator quam res est quam ut tot opem
exemplorum flagitet id est querat eos qui celo inhiant non sperno
eos urbium quentum Et tantum suasat tranquillas solitudines optare
ubi deus illis assidue super verticem est multoque atque humana sunt pedibus

Tempus erat ut finem facerem Nam destiatus Capitulum xi
operi modus exceditur et me alie vocant cure Tu vero iam mi-
nimum sermone hoc ab officiis maioris intentione distraheris sed tempore

· Suspice celum ·

Michi nescio quo modo aliquot exempla ex alio genere hominum attingam
eorum qui aliquam raritatis fame materiam ingenio moliuntur. Taceo
autem gignosophistas quos per ultimas et umbrosas indie solitudines
nudos quod ipsum nomen indicat ac vagos phari solitos ferunt.
Pretereo bragmanas de quibus ambrosii nomine prenotatus liber
a nonnullis ostenditur qui trans gangem in orientis extremo sed
liberrimis auris et solitaria regione habitant que ut opinione assequor
haud longe semotus est ab illis locis ubi terrestris paradisus
esse creditur et ipsi per silvas vagi et nudi quos dicam gignosophistis
nec secta nec moribus differentes nec re ulla nisi forsan loco aut
nomine nisi Bardasanes vir babilonius et ob id saltem vicinitate
plagarum fidem meritus gignosophistas apud indos in duo dogmata
divisisset quorum unum appellat Bragmanas alterum Samaneos
Cuius contra Iovinianum meminit Iheronimus ut appareat generis nomen esse
gignosophistas Bragmanas speciei. Quamvis non me lateat ex hiis
que in prohemio dyalogorum scripturus Iheronimus idem narrat longe
aliam sententiam nasci posse. Sed ne hic scrupulus ceptum iter impediat
preteream et id potius sequar quod institutum est. Utique Bragmanorum
genus ut aiunt et continencia et puritate mentis eximia et contemptu
divitiarum et rerum multum venanda silentio. In quo illis non in fabellis
auribus clamor aut symphonia cum carmen abrumpit. Sed ut aiunt
avium vel ympnorum sonus quod unum hic requie extitum habent. Omne
illis desiderium omnis spes non nisi in futuri seculi vita est.
Cibus ex herbis aut arborum baccis. vestis ex frondibus si qua
tamen est vestis. Postremo tectum ex ramis. lectus ex floribus. potus
ex fontibus. Horum unus Calanus ille fuit cuius ad alexandrum
macedonem fertur epistola. Qui instante inde exitu iocando pre
dixit cum succensa lignorum strue more gentis ad voluntariam mor
tem iret. Cuius et greci et nostri scriptores meminerunt. Vir apud
nos famosus infamis inter suos quod quasi discipline senioris
et moris patrii desertor ad verbosam grecie philosophiam et de
litiosam molliciem transfugisset. In que acriter quidem omnes sed
acrius amicus invehitur ille venerabilior multis senex Dandamus
coetaneus suus. Sed nec exemplis moribus nec dogmatibus potius
infectus. Cuius quoque epistolam nescio ociosam magis an verbosam
ad eundem regem in aliorum scriptis invenio. Nam calani epistolam quam
dixi ne quis dubitet ipse ambrosius epistolis suis inseruit. Huius
vero non epistola sed cum ipso rege colloquium extat longum quidem et ab
omni parte liberrimum in eo libro quem de Bragmanorum vita suo

Nomine inscriptu supra retuli qui licet no plene in redoleat Amb°sii
stilo Inter Ambrosij tamen libros medius e ingenti quoda et
venerabili et vetusto volume libroz eius qd in archino Ambrosiane
Mediolanensis ecclie custoditur Cautio sane haud fortuitis suspi
cionibus auguror no Ambrosij sed palladij liber e Quibus aut
sit autor narrat certe quod auditu forsitan no fuit iocundu detu
lisse ille illi Regem munera auru argentu vestes panes oleu
Illu oia pt ultimu gtepsisse qi aurum et argentum diceret usqz adeo
nullius ee momenti ut ne diu inri anm capi s; nec nulla qualibz
ctumolitatu auctulaz ad cauendum dulcius possent inducere.
Vestes no ut supuatias iro respuet Sz ut impedimetu libtatis
ac vinculum abhorreret Panem ignis quasda quasi reliquias
irrideret Sz ne ad vnu regaliu munez gtemptor existeret.
sumpsisse oleu refert et mox magna lignoz gerie incensa
supfudisse flamamqz clarissima erupete p brevi quid ut inqd
omnibus omnipotenti deo gratias egisse quasi hoc illi satisfiaj
genus eet Et de hoc quide plutarius sene hactenus De quo
rursum denuqz om ritu gentis illius qd in totu gmittez ignoro
Nuditas naqz illa no placet qntalibet elementoz clementia
neqz em tm frigoribus Sz pudori modesti amitiy honestati gsu
litur quauis ut scriptu e genitalia valere soleant tota mudi
Non placet maciositas beluina sopni ubi qi ne diu extremu
curiose vite fugimus in gtrariu relabam. placet at in re ut i ceteris
Cicero mana tempies Adhibenda e inquit munditia no odiosa
neqz exquisita nimis tm que fugiat agrestem et inhumana ne
gligentiam Eadem ratio e habenda vestitus in quo sicut i pleriqz
rebus mediocritas optima e. hic inqz michi vite mo placet
Sit somnus brevis cibus levis potus facilis huius toga modo
aliquid inter hirtum ac thoru mensaqz homis et pecudis intsit
Non quero tectoz divites casas atqz aureas ruinas no quero.
celato argento et estuantibz epulis graves mensas. no i meor
adeo mei sum s; in omnibus modu quero Non prohibeo interdu
humi discumbere aut sopiri ne familiare meu inprobasse vi
dear qui ait in ceptis Cena brevis iuvat et pe rivum somnus
in herba Totu vero sub divo tpus agere no tam homi qua
virorum iudico quamvis ille se celum p tecto terram tota p lecto
hre glorietur Nam ut in gtrariorum comparatione lenissima dixeris
Ille persus mos mortis anticipande ut quasi vita eorum vno ab
alio quam ab eis sit estatione corporis in iussu dei abire liceat
cu velint qd no solum xpi fides detestatur sed phoz quoqz
clarissimi et no dementie hoc sic illud importune superbie e

q' sepulcrum non habere confirmat seducentes se et mendacem facientes spiritum
sanctum qui post Johannis apostoli insolenciam hanc retundit ad confessorum
et primarum nos ducens hec sunt que me offendunt in hac secta. Et si
nescimus non sum senem ipsum qui allexandro in frontem multa cum
libertate restitit et michi si adsit quod sua heresis magnifice insurgit
Ex diverso autem placet ille contemptus mundi qui iusto maior
esse non potest, placet solitudo, placet libertas que nulli gencium
tanta est, placet silencium, placet ocium, placet quies, placet intenta
cogitacio placet integritas atque securitas modo temeritas absit, pla
cet animorum equabilitas una que semper frons et nullius rei timor et
cupiditas, placet silvestris habitacio fontisque vicinitas quod ut in eo
libro scriptum est quasi ubi terre matris incorruptum atque integrum os
suum mulgere consueverunt. Monet quoque me fateor collocucio illa
gravissima cum Bragmanorum omnium tunc principe Dandami de quo
paulo ante dicebam cum allexandro habita In qua non illi omni
omnino prope modum generi humano exprobrant scelerum innumerabilium acervum
nominatim inexplebilis auri sitis, inhumana feritas odium hominum
contemptus quoque dei, preter puerilis diviciarum admiracio, ferens quoque ma
rum ornatus, timor atque tremor mortis, inconsultus appetitus glorie
Adhuc lingue lapsus ~~et~~ multiloquium inane et loquenti sepe noxium
plurima omnibus in verbis sensus in labiis vite sermo contrarius. Incon
sideracio accionum penitencie proxima infinita rerum indigencia
per avariciam invecta affectuum intestina discordia et exterior me
brorum multa rebellio multa morum puerilitas atque animi alia cedis
amor ac bellorum studium, domestica quoque virtus enormitas preterea
ebrietas et gula sui hostis ac pravitatis alumni, ridicula ciborum gestio
et in primis esus carnium ubi primordiatur nos non bobus equisque ut
cervis sed lupis ac leonibus pares dicat atque ardentiorem quicquid
mortuorum etiam corporum sepulchra invenerat In hoc quoque te
sermonis diversorum. Care ad meo pater non invitus adduxerim quam licet
ut audistis non omnes Bragmanicos mores probem solitudinem
tamen ac solitariam vitam probo de qua scribens preteriundos
non credi quos hac vita sui constanter per omnibus constat solutos accepisse
Transeo tamen hinc veluti exregione suspecta ne diu insistens
tam longinquis in rebus veris forte falsa permisceam. Quamvis nunc
etiam dum hec scribo non desint aliqui ex nostris quibus nulla nacio
urbem lustrare curiosior qui asserat apud indos esse homines hiis
moribus incredibili innocencia ac doctrina ad quod visendum quod ac
reges indorum plus quam dici possit humiliter atque suppliciter accedant.

Intercessionem eius apud deum et responsa in dubiis ac vite consilia
poscentes et quem pro omnibus pene divinis venerentur honoribus. Cum ille
grandevus nudus humi recubans nec ipsis assurgens regibus
vix motis labiis pauca cum delectu (?) Cuius voces pro oraculis excepte
magnum omnibus casibus sunt solamen et longissimarum refrigerium viarum.
Reges ipsos perhibent quod cum hiis que fecisse Alexandrum legimus
satis convenit cum ad eam qua is inhabitat silvam venerint solitos
ex equis desilire purpuream clamidem exuere dyademata et an
nulos et armillas et sceptra deponere dimissisque satellitibus solos
aut cum paucis paucissimis electis viris ad eum non sine stupore quodam
ingredi atque ad pedes eius procubuisse vel semel colloquio que dig
natum esse eterne glorie instar. Quod penitus fabulosum suspicari possem
ubi Bardasenes ille cuius paulo supra memini sedisse (?) post eum
dicerent quod ab hiis non qui dicitur brevius non abhorret ibi esse
hodie homines ad quos cum rex venit adorare illos solitus sit paceque
provincie in illorum precibus arbitratur sitam. Cur si olim plures
fuerant, quid vetat unum esse hodie? Multa de hiis dici poterant
que prosequi longum est. Satis est quoniam iuvat inter singularitates solitudinis
amicos solitarios esse ut ita dicam gentes attingere longe alio
mundi tractu sub aquilone montesque Ripheos vel exigente celi vice
non nisi una toto anno diem atque una noctem ferunt et utraque
semestrem Hyperborea gente esse iisdem pene moribus fama est, nisi
quod de nuditate nichil credo propter vicinius celum. Eadem tamen voluntarie
mortis consuetudine pessima sed alio genere moriendi. Sic enim
Indi in flammas eunt, sic hii non ut aiunt non tedium sed satietas vite
et desiderium mortis incesserit sertis ornati letum velud ad festum
ac solempne pergentes sese in proximos fluctus maris ab altissima
rupe precipitant. Hic precelebris vite finis, hoc sepulchri genus esse
unicum aliorum (?) genus eximium. Gentem sane in reliquis innocentissimam
esse iustissimamque mortalium et longioris vite bellorum expertem
ac nesciam iurgiorum, ocioque semper pacifico fruentem et inter lucos
ac solitudines habitantem cum gentilis et Pomponius Mela in
cosmographie libris et multi alii meminere. Addunt Plinius scilicet
et Solinus curiosissimi talium scrutatores gentis atque vite et hinc
per singulis mentionem. Ripheos vocat quibus sedes nemora ali
menta sunt bacce. Eam gentem seriem et clementie dicunt habitudine
aut ubi Ripheorum moncium iuga desinunt. Gente sacra habitam cuius autem
tanta (?) auctoritas tanta sit ut inter tot ferocissimas naciones non ipsi solum
sed quicumque ad eos confugerint quasi ad templum aliquod salui
inviolatique sint apud hos. Coma probrum sexus utereque tondet

Nunc ad occasum uersus transeo phos Gallor quor ie scriptores
tradūt maio druidas dixere solitos in specubus ac remotis in sal·
tibus docere nobilissimos gentes sapiam atq studiam et nas
reru et sideru motus et deor archana et immortalitate aiar
et altius uite statiū. Transeo Thilem et hiberna quarū altera
stabenau varietate famosissimas et ygnota ē altera uix nouissia
huiq gentem opu reru cp ciuiliu contemptrem. insup z agricultue
negligente pascua et siluas modice tempum hoc. Cui pro deliciis
ociu pro summis opibus sit libertas. felicem gentem dicam ii alia
si mo uera ē in fama et mor malignitate retraher. Pretereo
fortunatas insulas que extremo sub occidente ut nob et vicini
bres et notiores sit qua longissime ut ab undis absint ut ab
arcto terra interior. Sz in primis lactilytico taceme nobilis huiq
et puetusta fama est et recens. Eo siquidem et patru memoria Ja
miensiu armata classis penetrauit. Et nup Clemes vi⁹ illi prie
principem dedit cp indiiiq hyspanor et Gallor Regu mixto sague
generosum quendam viru. Cui meministi cū diu eo die corona ac scep
tro p urbem spectandus incederet repente tanto celo imber effluxit
atq ita domu madidus rediit ut omen eet inouisse illi ne plumi
alis et aquose prie principatu. Cui quide in dmo extra orbem·
sito qualiter successerit no noui. Scio tamē cp multa feruntur
et stabunt quod que no plene fortunatar cognimi tracti fortia
queniat. Ceterum gente illius pcunctis ferme mortalibq solitudie
gaude moribq tā incolata adeo cp no absimilem beluis ut
nature magis instinctu qua electione sit agente no tam solitarie
viuere cp in solitudinibq errare seu cu feris seu cu gregibq suis
dicas. Sz iam satis curiositate hac longe lateq dissinctos mudi
angulq puagatq sum. Quor om no apud me qui lecta uel
audita refero sz apud auctores· rerū primarios fides est. Ego
aut hys decursis ad clariora et nobis notiora progredior

Quid ergo phi quid poete phos autem dico no istos
quos qui cathedrarios primū dixit ille multi primz rei
nomen imposuisse uisus ē. In cathedris enī phant a actionibq
insaniunt. precipiunt aliis preceptis cp suis primi obstant primi legibq
a se latis derogant et signiferos se pfessi primi ordines deserunt
primi uirtutis imperio rebellant. Nos hos igitur dico sz illos
ueros qui semp pauci nūc nescio an penitq ulli sint· qui quod
psitentur exhibeant amore studiumq sapientie. Rursum et poetas
intelligo no hos quibq contexere uersus sit satis et ut ait flac
cus uersus inopes rex nugasq canore quibq usq ad fasti
diu abundamq· sz eos qui si quid Creadmi credimq fuerunt sp

Ipsos quoque philosophos curiosius poetasque inquiro veteres quibus ingenium sit
ut Flaccus idem ait et mens divinior atque os magna sonaturum
et quibus ex merito huius honor nominis debeatur. ¶ Hii tales ut philosophi
vel poete qualem nec unum digito monstrare et si multos possim
cogitatione michi fingere. Si quos tamen vel nostra habet etas vel posteritas
habitura est, Romam et urbes fugient et solitudines sectabuntur. De
hiis enim ~~que~~ qui fuerunt constat. ¶ Platonem interroga, credo Acha
demiam suam multum laudatis preferret Athenis. ¶ Interroga Plotinum
inter philosophie professores cum Platone principem ut Macrobius ait.
Videbit Campaniam sibi ocium de toto orbe sufficere cuius et si insperabilis
finis tamen electio gloriosa est. ¶ Provocare Pitagoram, dicet se non modo
solitudines amenas sed vastas etiam et horrendas et sepe labo
riosissimas peregrinatos desertis regionibus vestigande veritatis
studio quesivisse. ¶ Nam doctrine eius ac nominis successores Pitha
goreos voluptatum procellis exposita frequentia declinantes in solitu
dine desertisque locis habitare solitos teste quoque Ieronimo certum est.
¶ Quere a Democrito, fatebitur se sibi oculos eruisse ut et videret
verum et veri hostem populum non videret. ¶ Visitare Promethee
et Athlanta. Invenies eos nomina gloriosa hiis in quibus habitarunt
montibus reliquisse. ¶ Ipse Prometheus si veritas requiritur non ne
gabit hunc fuisse locum fabule qua in Caucaso religatus edacissimo
vulturi rodendus exponitur quod magna cum intentione ac incubens
totus indagini rerum archanarum que haud dubie studiosum exte
nuat montis illius solitudinem usurpasset. ¶ Sepe locus ingenio
stimulos admovet. Ideo aptus et liber optandus est hiis qui animum
rebus altis applicuere que in populis innumere vanitatum forme
deprimunt atque distrepunt et mille vias per fenestras ingressa mors
invenit. Quibus rationibus civitatum multos philosophorum non modo frequen
cias urbium reliquisse apud Ieronimum ipsum lego qui primas inque
tudinis ac laborum sedes post ortulos etiam suburbanos quos su
spectos scilicet vel eorum inviis culta mollicies vel tumultuosa frequentia vr
bium vicinitas faciebat. ¶ Quamobrem idem quoque de Socrate de
que Aristotele atque aliis ut opinor multa me inducunt nisi quantum forte
vel discipulorum maiestas et imperium vel rerum publicarum iussus
aut civitas vel casus aliquis solitariis utcunque votis obstitit

Iungam tot veteribus recentiorem unum nec valde semotum
ab etate mea quia recte nescio sed apud quosdam ut audio
suspecte fidei ac profecto non humilis ingenii Petrum illum cui Abae
lardi cognomen est qui ut in historia suarum calamitatum longa
narratione idem ipse meminit invidie cedens solitudinis trecensis

Abdita penetravit. Et si non sine magno undique studiosorum concursu quos e multis urbibus illi solitario discipulos doctrine celebris fama invitabat. Hinc ad antiquiora rerum studiorum que genus aliud redeundum quibus idipsum quod intendimus videbitur

Quid loquar Homerum poetarum patrem qui superiorem Orphei silvestrem et Lini et Musei. Omnes hos poetas sive musicos sive ut artium cognatione. Quod quibusdam placet et musicos credimus et poetas ad nos vix nomina nuda pervenerunt. Hic ideo non tantum grecas solitudines sed italicas sic descripsit ut que ipse non viderit sicut ait Cicero cecus enim traditur fuisse nos ut videremus effecerit ut que illius ingenij non poesim sed picturam quodammodo videamus. An putamus id eum facere potuisse nisi easdem loca solitudine aut civitate aut memoriter observasset. Quid Virgilium nostrum loquar qui fugiens urbem Romam nisi et ingenij laude et toto orbe regnantis principis amicicia florebat ac solitariam libertatem petens mortem quidem immaturam obivit. Hinc quoque operibus eum talibus curis absolvet Ille tamen sic censebat opere solitudinis opus esse ut dominum illud suum opus posset absolvi latinis ingenijs mors invidit nocitura. Amplius nisi pietas mitissimi et litterarum amantissimi principis abstitisset. Horacius Flaccus non iam sibi regiam Romam placere palam profitetur sed vacuum Tybur aut imbelle Tarentum quibus in verbis quid intelligi vult aliud quam solitudinem et quietem utriusque enim expertus Rome urbis tedia et populi conversacione nascentia sic diligenter enumerat ut facile videas affectu loqui Epistolarum eius ultima est ad Florum scripta que non semel interrogat de re certa ut expressior fiat. Ait enim Rome ne poemata censes scribere posse inter tot curas atque labores. Deinde autem eleganti tediorum narracione interposita promovit colludens aut: I nunc et versus tecum meditare canoros. Neque hijs contentus iterum queritur. Tu me inter strepitus nocturnos atque diurnos vis canere et contracta sequi vestigia vatum. Necdum satis est nisi rursus interroget. Hic ego rerum fluctibus in medijs et tempestatibus urbis Verba lire motura sonum connectere digner. Ne vero iratus protraccionibus versuum hijs contentum credas clare de poetis mentis loqui breve quidem sed universalem dat regulam que est: Scriptorum chorus omnis amat nemus et fugit urbes. Quem secutus ego in epistola quadam eandemque restringens ad poetas dixi Silva placet musis urbs est inimica poetis. Idem Flaccus et Baiam singulari tempore captus et silvas suas atque agellum quoque vocis

Habitatum multis laudibus accumulat amatque ruris aspectu inter
grauia et illustria negocia suspirans vrbana profecto dampnat ac
despicit statum de hoc cum amico de hoc ita cum uillico suoque sic liti
gat ut ex omnibus hiis nulli sit dubium quid sentiret In quodam
uero sermone sui domestici ocij mentione facta hec est inquit uita
solutorum misera ambitione grauique Quid quod facit in epistolis expres
sit Nec enim inquit ocia diuitijs arabum liberrima muto laudat quod
solitudine ocium prefert magnis opibus atque et ocij eius opera extant
et solitudinis memoria locus fuat Campus oracij dicitur et tot
possessoribus mutatis adhuc famosioris domini nomen tenet. Cui quid
hoc in genere uix quempiam aduersante nominari posse arbitror quippe
cum fere nullis hominibus tam ut nimia uel amica solitudo preter
unum ouidium Nasonem Nam qui forte illum sequuntur uel quos ille se
Ille michi quidem magni uir ingenij uidetur sed lasciui et lubrici et
prorsus mulierosi animi fuisse quem conuentus feminei delectarent usque adeo
ut in illis felicitatis sue apicem summamque reponeret Itaque amatoriam
artem scribens insanum opus et meritam ni fallor exilij sui causam
non modo urbem Romam ceu matronarum puellarumque copia fertilem que
rendam docet ab hiis qui ad illam insaniam preter naturalem stimulum
artis quoque cuiusdam calcaria adiciunt Sed loca etiam urbis et festa
distinguit quibus uberior materia sit furori Ut sileam notum illud infame
et relatu etiam fedum ex ore licet desperati cuiusdam perditi quam hominis quod
eum stilo quoque non puduit ad omnes cum notitia perferre quo scilicet in actu
uenereo resolutum felicem diffinire et in eo statu mortem laudare
ausus in quo maxime turpis et inutilis uita est hanc eandem sibi
adijs optat leti causam et hoc utique ut idem ait sibi sueque uite congruens
in se uero miserrimum genus mortis et ipso procul dubio peius morte
Cui uero hiis moribus et hoc animo fuisset et Italici nomen erat apud graues
uiros et pontificum illud exilium atque Histri solitudines ut non adijsset ut
uel equanimius tollerasset Sed ad rigidioris ingenij exemplum transeo

Seneca ex more Cordubensis Romanus iam ciuis ac senator
et Rome clarior qua salutis eo latendique securitas postula
bat in quadam tragedia cum ac non parua dulcedine solitudine corsica
recordatur et illam ociosi exilij ut nominat inter occupate urbe
haud dubito antepont lege locum illum intelliges et ipsorum collacione
quid tu quoque presentiendum censeas de hoc preterea quid eidem uidetur
sat gestum illud laudo datum induat cuique sub mente In hanc oio
sinat tam preceps ut michi etiam cui solitudo semper placuit solitudinis
consilium non placeat Et quamquam uiri huius exitum michi redubitare non sinat
Sit tamen is quem dixi locus tragicus etiam stupore quam sic destra

In solitudine libertas integra et in perturbatione tum philosophie studium In urbe
autem regia ne vita quidem ab insania hominum salua fuit. casum
ipse suum et ruinam grauem tanto animi pudore litteris mandauit
Tullium hoc in genere Ciceronem video non sat equo animo ferre
solitudinem Quod contigisse arbitror non tam ideo quia rem
ipsam quam quia rei causam odisset legum ac iustitie interitum quod ipse
querelarum suarum tenor indicat Attendit quoque preter philosophiam oratorum
maximus quodque nec ipse dissimulans de hac studiorum parte precipue gloriam
querens nusquam perfecto illam nisi in turbis et magno in populo videbat
Itaque coram Iulio Cesare Deiotarum regem defensurus queritur quod intra
domesticos parietes et non coram populo Romano causam illam agat est enim
illud oratoribus singulare et proprium ut pro magnitudine ingenii
magnis urbibus ac populorum frequentia delectentur solitudines vero
metuant iudiciorum quod silentium aduersentur atque oderint Ut ergo mores
alii suam quisque sic Cicero urbem Romam non solum ut suam patriam
eo sibi cariorem quo in eam conseruanda atque ornanda cure plus
ac laboris impenderat sed ut patriam ingenio suo parem exoptabat
In quo quidem teste Seneca uteretur qui solam actionis uocem uere
uiuam dicere consensu id etiam sermonis publici multis attribuatur solum
Ciceronis ingenium Romani populi imperio par affirmare non timuit et
quorum teste ueritate euidentissima rerum fides ostendit fuisse ut populo
Romano imperii et glorie sic Ciceroni ingenii et eloquentie monarchiam
Ceterum quid eidem licet inuito Ciceronis solitudo illa contulerit notum est
fecit enim magnum de summo oratore philosophum Ex quo quantum studiis latinis
accreuit nemo studiosus est qui nesciat Certe idem de se loquens cum
dixisset nam et arce publica forensibus quoque negotiis armis impiis vique
prohibiti otium persequimur et ob eam causam urbe relicta rura pera-
grantes sepe soli sumus querelam suam tali fine solatus est philosophia inquit
breui tempore euerse quam multis annis stante republica scripsimus Et quidem
nec fefellit Nam quis prelara otia ruris sui et solitudines gloriosas
explicet atque extimet Arpinate Cumanum Pompeianum Formianum
Tusculanum Ibi fundauit leges Ibi vallauit Achademiam Ibi ar-
mauit oratorem Ibi descripsit officia Ibi deorum formas ac naturas
pinxit Ibi dei naturam radicem errorum multiplicium conuulsit Ibi bo-
norum ac malorum fines statuit Ibi ad philosophiam magnificentissime
cohortatus est Quem librum ad uite mutationem et ad studium veri
ducem sibi fuisse tanti fidei uir puer augustinus ingenue profitetur
Postremo ne de minus agens post uiri amorem captus ab errans
se uidetur ibidem mortem spernere dolorem corporis patientia
vincere egritudinem mestitiam que animi ratione depellere extirpare morbos
et morborum causas et quod maius est philosophiam totam ut uerbo eiusdem utar

illustrat virtute ad bene beateque vivendum nullis adminiculis egere
sed sese esse contentam docuit contra summam maximorum hominum. Et quod alii
aride ieiuneque garriunt id ipse copiosissime florentissimeque disputat
ut et utilitati delectatio et maiestati rerum verborum splendor ac
dignitas non deessent. Attendis ergo viri illius ingenium. Solitudo
et quod inuitabilis odiosa quid putas factura esset optata aut quantum
putas optanda est que vel nolentibus tamen prodest. ¶ Quod tamen ipse
sibi inter genus optaret. Certe quod philosophis sit optandum in eo libro
quo omnibus generibus hominum officia explicat exequitur. Ait enim multos
tranquillitatem appetentes dimissis publicis negociis ad otium se profugisse
et in hiis fuisse nobilissimos philosophorum longeque principes. Necnon
et quosdam homines severos et graves ferre populi mores ac
principum non valentes quorum aliquos in agris vixisse aut sua re
familiari delectatos atque vivi idemque propositum habuisse quod reges
licet non hisdem artibus nec cuiusquam rei egentes nec cui hominum subiecti
in libertate viverent. Deinde collatione facta et si actuosam vitam
rei p. fructuosiorem dicat quod nos in parte etiam non negamus
ociosam tamen et faciliorem et tutiorem et minus aliis gravem
aut molestam confitetur. Unde et eam cum omnibus quibus aliqua
iusta causa est tum hiis precipue permittit qui excellunt ingenio
et doctrina. ¶ Quamvis Cicero idem primo vite huius impatiens
ut dixi eadem multis tandem doloribus et in primis amatissime
filie morte deiectus optavit et sibi Athico suo scribens Nunc michi
omnia respuo nec quidquam habeo tollerabilius quam solitudine. Et iterum
michi inquit solitudo et recessus provincia est valde urbem fugio
multas ob causas. Item nec enim esse in turba possum. Et rursus
nichil hac solitudine iocundius in qua inquit careo omni colloquio
cumque mane in silvam me abstrusi densam et asperam non exeo inde
ante vesperum. Quod verbum quotiens lego sic assentior ut a meipso
non ab alio dictum putem ita michi sepe idem in accidit. Demum ut
iam Ciceroni vale dicam. Idem ipse mox dulci blandiens amico
Preter te ait nichil est michi amicius solitudine et adiecit in ea
inde omnis sermo est cum literis. Non colligo singula. Ex hiis enim vides
ut amator ille urbis et fori et amatam oderit et literatam soli-
tudinem rebus omnibus anteponat.

Quam re unanimem cum Cicerone Demosthenem fuisse
auguror et nisi forte aliqua mutandi quoque consilii ratio
intercessit quod non legi idem sensisse illum semper quod hic nec aliquando
sensit. Nam et professio eadem amborum et est ille Grecis quod
Cicero idem ait. Qui delectaretur illo interculari sensu ut sit ergo
sibilanam hic est ille Demosthenes et si constet eum oratoria
illam vim quam in urbibus tam potenter exercuit maxime

In solitudine didicisse. Vide quo quintilianus idem mirat ille tantus
tantus amator secreti demosthenes in littore in quo se maximo
cum sono fluctus illideret meditans consuescebat contionum fremitus non
expauescere Nec te moueat quod supradictum est hunc ipsum de
mosthenem locum tacitum atque vndique abditum eligere solitum hic undique
mundum patentemque ibi enim ingenium acuebat hic uocem exercebat vtrumque
tamen in solitudine faciebat. Discebant soli quod in populis
uenderent meditabantur in siluis quod in urbibus ostentarent
excusabat eos professio quibus intentio vna esset ut loquendo.
uel tacendo rem augere quod de cicerone non minus demosthe
nem constat quod in noctibus atticis scriptum est parum eos silentii
pepigisse nobis quibus venale nichil penitus nichil ostentui esse
debet sed omnia ad salutem uite eos legem temporalis et eterne spem
in solitudine discendum est quod restat in solitudine exercendum
in solitudine uiuendum in solitudine moriendum quod cupio quidem
ualde et si deus pie nos aspiciat spero etiam

Vt tamen ab oratoribus diuersum semper sensisse philosophos cre
dam et diuersitas morum facit et eo quod alius intentionum
finis. Illis enim plausum populi captare atque horum laborum in fallit pro
fessio est tota notitia sui reflectendusque ad se animi et vana contemptu
inanis glorie uersatur. Nam qualem fuisse arbitrantur Anaxo
garam qualem uel constancia illa abstinentia eos sua seueritate
seuerissimum philosophorum ut aut Catonem vel zenonem stoycorum principem uel
laboriosissimum ex omnibus Carneadem Cuius exactissima illam
studiose mentis intentionem que ut legimus distubente sepe cibi
facit in memoria. An putamus usque post nonagesimum uite annum
tam fixam tamque continua inter tumultus et tedia hominum peruentura
fuisse et non potius in solitudine ubi animi apposito nullus auferret
Archesi quod haud facile suadetur et si preter contentuos nichil
scenam aut horum tuguria aut Crissipi domum aut dolium dyogenis
in plateis urbium fuisse tum et illum salutatio hominum et huc summum eius
cetus offenderet ubi Jeronimus propinquior illorum etati habitasse diogenem
dicit in portarum uestibulis et porticibus tantatum Quod non aulis
creditur ut credam sibi et sua cogit auctoritas et varia ac multi
plex lectio Tale enim aliquid profecto non scriberet nisi apud ydoneum
legisset autorem et de hiis quidem satis est dictum. Ipse aut solon cuius
inter septem illos grecie sapientes preclarissimum est nomen et si primum
legifer sue eos rei publice dux moderatorque etate tamen vltima ut Themis
et imitat platonis et aliis se studiis dedit et sit solitarios deputandus

Est qui et priam licet legibus ornata suis · et cupiditate discedi ignotas
terras adiit peregrinacione delectatus Egipciaca

Quisquam non mirabitur studiosis hominibus solitudinem
placuisse que quod admiracione non uacat Imperatoribus ac bellorum
ducibus placuerunt. ¶ Transeo Iulium cesarem qui licet ad modum iu-
uenis e procellis forensibus in ociu rhodum secedere decreuisset atque
ibi litteris operam dare · prohibitus tamen tunc in cursibus pyratarum
et postea hinc tumultu hinc externorum estibus bellorum implere non potuit
quod optabat ¶ Augustum cesarem penes quem potencie mortal
et humani fastigii summa est Et si interdum hitante curie atque in siluis
spaciari solitum inuenio quia tamen tum ut auguror priuati ocii
licentia publici negocii moles dabat ut solitariis inseruisse non
ausim sic solitarie uite mirratoribus annumerare non uerear huius enim uite
requiem semper optauit · quidquid cogitabat · quidquid loquebatur idem
desinebat hoc solamen presencium laborum hec preteritorum mercedes · hec uenturi
temporis spes erat Omnibus huic statui collatis diuiciarum honores esse
omnes imperii tecum grauem sibi aliquid aut uile sordebat Denique in
summa omnium quam fortunatissimo homini contingere potest bonorum copia defessus
in solo uite huius nomine respirabat Cuius rei et scriptores aliqui meminere
et que in manus meas uenit quedam eius ad senatum epistola est testis
Quantum tamen uoluptate igitur eo peruenturum fuisse estimans quo tam
dulciter oculos mentis intenderet Nec uero senatum modo per litteras rogauit
ut sibi iam tandem uiuere paciente re · p · priuatam quam senectutem
agere liceret ~~Sed tandem uiuere paciente re · p ·~~ atque eciam presens senatu
et magistratibus domum astitis racionarium imperii tradidit ut Tranquillus
ait Tunc autem reputas et se priuatum non sine periculo fore et rem · p ·
plurium arbitrio temere committi in retinenda perseuerauit ut eidem placet
hystorico atque ita quidem ipse sunt et publice modestissima nota posthuit
Deinde ut opinari licet senatus ac populi patribus id tribuit quorum quid
constat nemo principum fuit amatior Deinde nullis ocio patribus motu
nullo publico priuatorum motu ipsa cum rerum uia turbabat · ab altissimo
enim fortune culmine cui mundi dominus ac rector insidebat ad illud
humile submississique desiderium praeruptus forte cogitacionis ocio descensus
uidebatur Et ut dici solet quedam cerebri uertigo · i · quimlibet altitu-
dinem tanta metientis incesserat Itaque de libanis et curuspiciens
herebat nec umquam nisi morte descendit Quo circa licet ut dictum
est inter solitarios atque ocio fruentes nullus huic magno occupa-
to quam principi locus esset quanta tamen bonum huius contra dulcedo est non alio
clarius teste cognoscitur non fuit ita temptantibus permittendus Cesar
Qui cum cuncta dare posset hoc sibi unum dari optabat Cum omnibus

aspexisset solum hoc solio suo altius videbat

At quod Augustus optaverat · Dyoclicianus implevit ille qui primus ex omnibus imperatoribus adorari se ut deum iusserat · cumque calciamentis ac vestibus inserens margaritas et gemmas incedens ritum Persarum ex Romano atque humano prestitum seu divum fecisse videbatur paulo ante triumphaverat postquam fremitus aule preciose que fastidie ac satellitum acies et fluctus publice pertesum mutavit repente animum ut solus et pauper et liber esse contingeret interque fluctus imperialium tutatum in portum vite humilioris quasi gubernator invidus ex magno naufragio evaderet · Et miramur celestium cum tamen quod propter eternam vitam sanctus ille vir fecit tantus iste pector propter brevissimas et mestas senectutis reliquias iam fecisset. Cui quietis extreme desiderio private fortune redditus non sibi mutate sedem vite Roma statuit ne quis nova requiem dimissi fumus aut odor imperii turbaret sed antiquam patriam Salonas Dalmatie repetiit illic quoque non intra sed prope muros patrias et patrios in villa propria moriens quam ipse in priori potestate forte construxerat ut multum tranquillitatis senio additum sit supremis honoribus nil detractum pro solitaria atque humilem vitam sensit Solus omnium privatus Eutropio atque Eusebio testibus relatus in numerum deorum Plane quod post imperium Dyoclicianus fecit id ante imperium Anthonius pius fecerat quem Iulius Capitolinus historicus in privata vita in agris frequentissime vixisse clarumque locis omnibus fuisse commemorat

Sed minimum propero retrocedendum est omitto autem Curios Cu rios Fabritios Serranos alios que quorum magna pars vite in agris acta est hanc ego vitam iam inde ab initio et ante clau humane rei publice prudentissimo atque optimo Regum placuisse miror Numa Pompilius illius ordinis si attendas numerum secundus si iusti ciam primus peregrinus in spatio et imperii actatus cum ad cultum ac sa crorum curam longam totum intendisset animum ut ardentem et ferocia primi regum imbutum populum ingenio regeret leniretque pro re sepe solitarium et opacum locum quem hijs oculis ipse conspexi quindecim anno nec amplius passuum milibus ab urbe distantem fecit petere solitus Est illic Aricino sub colle cavus et umbrosus lapis unde perpetuus fons emanat Circumiectatibus viabus densum nemus altumque silencium Ibi ergo leges hominum ac cerimonias deorum Rex ea tempe state doctissimus inveniret seu alibi forsan inventis auctoritatem dare artem fecerat ibi diu tacitus solus sedens atque erat inde post longum tempus solus ac meditabundus egrediens scriptas leges efferebant quibus ad hec rudis et insolens sed mox futurus dominator

Benetu populus tenetur quibus ut novos et indomitos animos religionis
laqueo quodam sceno metus obstringeret imitatus ut aiunt Minois
cretensium regis exemplum et callidissimo commento nocturnis se deorum
congressibus alloquio que frui simulans consilio fidem quereret
Qua fictione una cum patris a se repertis in morte dampnavit libris
grecis latinis que editis per quos utriusque lingue doctoribus ut potuit
indicaret se pro tempore ad auspicium veri vel proximo fictionis usum esse
Cum vero iam fundamentis suis locatis auctoritas staret
non placeret ut populus superstitionibus implicaretur erroribus licet nescio
an quia libros vere religionis adversos crederet quam fictio causa prodidisse
dixit. Cum in quo maiorum questio colore hoc vere aut ne populus
liber metu iugum nobilitatis excuteret multis post seculis iuxta se
pulchrum repertos inventos libros exurendos pretor Romanus senatu
consentiente decrevit. Quicquid ut vanitate vel impietate preterea illud
enim nunc innotuisse sufficit inter optimarum rerum solitudine fonte
esse ex qua romanarum quoque legum fluxere primordia.

Ardentior atque acrior successore suo Romulus et ipse tum in
silvis inque pastorali casa tantis assuefecit animum rebus ut
summi imperii fundamento non nisi solitarii architector idoneus haberetur
cogitatum ardui solitudo omnis asperrima regine omnium urbium et magnum
et nomen et arcem prebuit et auctorem. Achillem in solitudine
dedisse legimus quod eum mox et urbibus a se terribilem et grecie
clarum fecit. Ipse Hercules in solitudine sanum illud consilium
vite cepit cuius libro priore mentionem feci qui non in bivio diu inter
utrumque hesitans ad postremum spreta voluptatis via semita virtutis
arripuit qua indefesse id est non fatigatus gradiens non ad humane
modo glorie verticem sed ad opinionum eventus est quantum id est quantumcumque alte
late que ramos porrigat viri fama si radicem queris ad solitudinem erit.

Duos autem illos longe duci. Scipio certe dum
maximos vero duntaxat Africanos vere duo fulmina belli
ut maro ait quod a quibusdam de aliis intellectum miror. Quorum
primus ex quo virilem togam sumpsit ut est apud Livium nullo die prius
nullam publicam privatamque rem egit quam in capitolium iret ingressus
suis que eadem consideret et plerumque tempus solus in secreto ibi terreret
hic mos per omnem vitam servabatur. Ita ille vir vinitus neque grecorum
fabulis ac superstitionibus sed romanis inditiis celebratus et ipse quoque
virtutis admiratione divine stirpis opinionem consecutus prout pia rerum
rerum a religione poscebat religioni sedem optimam deputabat
solitudinem. Inde quicquid id esset aggredi consuetus plus quam humana
fiducia et consprimos sibi ac suis captorum exitus polliceri ita ut

Nunquam fallet. ¶ Ceterum nec tam multos et tam pares sed patrem hos
eosdem suis duos quemque temporibus ut virtutis sic solitudinis ama
tores fuisse nota res est. Et post sudores bellicos post victorias.
post triumphos vel Literni vel Formiis vel Caiete solitos conquiescere
ubique cum singulis amicis solos conquiescere. O preclarum spectaculum
quodque omnium regum pompas et sceptra tu escendet. cernere tales vi
ros imperatores. Rei. publice. liberatores Civium defensores Italie domitores
gentium feliciter rebus gestis dimisso in libertate et leticia populo
victore relictis Rome stipatoribus laterum suorum deposito habitu
triumphali ac purpurea de restitutis insignibus dignitatum solos ociosos
et humilium nescios curarum per colles et littora vagari et sepe conchas
littoreosque lapillos intelege varios candidulos ac nigellos.
Denique quod verecunde admodum reverentur quod scriptum apud Ciceronem
video incredibiliter repuerascere solitos cum rus ex urbe tamquam
vinculis evolassent. ¶ Sed illam profecto solitudinem cogitationes
plurime sequebantur et in illo otio semper grande aliquid gerebatur.
Itaque Cicero ipse non suam luget ibidem Affricani superioris solitudinem
admiratur vocemque illius ut ipse ait magnificam et magno
ac sapiente viro dignam ponit Catone Coetaneo illius atque emulo
teste fretus nunquam se minus ociosum quam cum ociosus nec minus solum
quam cum solus esset. ¶ Cuius rei gloriam Ambrosius mirum dictu conatur
secio tentat eripere. Nunc ubi umquam Romanum genus civilibus bellis
vacet ipsis in libris pugnat. Ecce enim Cicero officiorum tercio hanc
Affricano laudem tribuit. Ambrosius in libris suis qui cum in multis
tum in nomine ac numero librorum Ciceronem sequitur ut apte obviet
eodem libro eademque libri parte hoc est in ipso principio libri tercii
eam laudem Scipioni Affricano erepta ad prophetas dominum Moysem
et Heliam atque Heliseum oppositu intuitus disputatione transferre quos
fuisse vult ante Affricanum diu et in ocio negociosos et in solitu
dine comitatos. Non obluctor Ambrosio. Nam et vera loqui
illum scio. et si nescirem multo ille potencius quam Cicerone Plato ipse
auctoritate me frangeret. Magna est enim apud me nec immerito eius
auctoritas cuius ore loqui spiritum sanctum. Quo modo ecce Moysen fuisse
unquam solum suspicari ausim qui non tamen ipse secum quod ipsum sapi
enter doctique viri est sed cum quo deus facie ad faciem loquebatur quasi
amicus cum amico. quo ociosum qui tacitus et inermis sedens et cla
mabat ad dominum et usque in celum audiebatur. Aliquando quam vix auxilio
fessas manus attollens unus tot prevalidas manus hostium vincebat
quod sine eo armate non poterant legiones. Quo modo solum putem
Helyam cum quo deus ibidem et angeli loquebantur. Aut quomodo
ociosum qui pluvie imperat et mulieri hospite famis interitum.

Metuenti indefitiente farine ydriam Et inexhaustu olei uas tm
uerbo fiat ingentiqz iussu fidei defunctu illi filiu vnu reddit
Quo solum dicam disciplm eius helyseu qui pauete hostem
puero inuisto iuisibles alys auxiliares currus et equos atz acies
ostendit angelicas Quo ociosu qui filiu hospite sunamiti ex mari
to sene pollicatq et dedit et reddit Natu filiuz et puis annis ex-
tinctu suscitas ut puer vnus prophetice uel fidei uel potencie argu
mentu eet Quid magni aut si vines suscitat qui solo contactu
sacri corpis mortuus mortuos suscitasse nosit Quis pterea
hunc extimet ociosu qui ipo sedens ocio tonatq oms absenciu
et cogitatus atz consilia hostiu quasi pns noueat suis cuncta
denuncians Quo cognito iussu regis Syrie toto circumuallatq exca
tu legiones obsidenciu se lingue solius impio in cecitate captiui
tatemqz pductas uerbo ecia liberauit Impiosi ocij sunt hi et solitu
dinis ppotentis Et sit sane penes pphas antiquior reru gloria
quos uel etate uel mito pmos gstat An ideo minor Affricani
laus est qz cu aliquis eodem in gne laudis antecessit pstim cu
ut in ceteris ideo nulla prorsus inueniente noticia omis cesset
imitacio qua de rebus huiuis laudu fame qz pticula delibare
atz decerpe solitam no negio Pfecto autem quisquis in pte reru
uenit dictu illud vnde post tantu interuallu ad hec pphas noua
redij qd ipe in no negeet Ambo 9 vmqz e pmu atz ppu affricani
Quibus dicti sima quid tot velim uerbis amonet volo
solitudine no solu ociu no iners nec inutile s quod e solitudie
prosit multis Qui em ociosi prorsus et languidi et segnes et soli
sunt eos mestos semp miseros qz consencio Quibus nec honesti
actus exercicu nec nobiliu studiorz illustriumqz noim possit esse co
mercium Nec ergo summa e admitto ociu no hi vento mobiliora
sed mansura negocia quorz fres .i. finis e non labor et questus
et dedecus s delectacio et uirtus et gla no Copi no ciro ferias indi
co ueto inocio ingeniu quiescere ii ut assigat et interinissione .i.
interpolacione fecundiq .i. habundanciq fiat solet em ut ariuis sic
ingenijs intermissio prodesse Rursus et generosas curas i solitu
dinem no tantu recipio sed accesso . quarz committarz nullq ocio
facilior nullus amenior fingi pt et sine quo insecunda uita est eque
uel in urbibus uel in siluis libros ptea diuisi gnis et simul p
quos aut de quibus scripti sunt comites gratos et assiduos et
in prompto uel in publicu produre uel ad cellulam redire cu iussis
paratosqz semp uel tacere uel loqui et de domi et comitari in nemora
et peregrinari et confabulari et iocari et hortari et solari z monere
et arguere et consulere et docere secreta rerz monimenta gestorz .

Vite regulam mortis contemptum modestiam in prosperis fortitudinem in adversis equabilitatem in actionibus atque constantiam. Comites doctos letos utiles ac facundos sine tedio sine impendio sine querela sine murmure sine invidia sine dolo. Inter quos tot commoda nullo cibo interim nullo potu et veste inopi et angusta domo preter contentos tu ipsi potius hospitibus suis estimabiles ac divitias amplas domos fulgidas vestes et iocunda convivia atque suavissimos cibos. i. cibos parent. ¶ Admitto et in solitudine amicos dulce genus de quo vita presertim sine quibus trunca ac debilitatam vitam et quasi luminibus captam puto quotiens quis sub nocte ut assolet fores meas amica manus impulit. At in seu longum post tempus venit hospes. Sine opum vacuus gratus convivia per imbrem quos michi versiculos e profundi grati quietis experientia et ex ipso nature gremio videtur flatus eduxisse. Quotiens ergo aliquid et mi accidit hospes si post longum tempus gratus conviva si vacuo opum ne me forte ut frequentibus conviviis vel impedimentum opum delectari credas. Tunc ergo non alium venisse sed meipsum quodammodo geminatum censeo. Non penitus duo sunt quorum unus est alius. Novit amor e duobus unum facere. Alioquin impossibilem rem iubet pythagoras ut in amicitiam scilicet unus fiat ex pluribus. Quod cum ita sit sequitur ut quisquis unus idem et duorum capax amicorum locus sit. Nulla igitur solitudo tam profunda, nulla tam parva domus, nullum tam obstrusum limen ut non pateat amico.

Tibi pater si teipsum tua si bona noveris nichil deest quod grata solitudinem et dulce ocium possit efficere. Adest alius bonus et adeo bene institutus et a te non negligenter excultus militarum quam actuum ac rerum noticia instructus alius humanorum actuum dux ac rector totius quam vite nostre gubernaculum tenens ut iam tali gubernatore navigatio nisi felix esse non debeat. Viros claros et insignes qui fuerunt nosti vellem dicere posse qui sunt. Sed ut res eunt vides. Sed qui tu usquam supersunt haud ignoti nunc etiam sunt tibi. Cum quibus aliter non potes animo versare quod genus tibi nec maria nec montes eripient cum quibus potes et corpore. ¶ Abundas pluribus fortasse quam putas hac rei nunquam magna copia fuit nunc inopia summa est. Sed unum nomen honoris causa huic loco inserendum credidi eorum quos tibi ad solitarie vite solatium sors dedit. Pontius Samsan his est quod ad te secundum ornamentum sed etiam tua. De hoc enim ut qui a prima etate familiarissime cognitum nunc quoque tercius michi nosse videar fidentius loquor. Hunc ego non temere si ex cenatu Samsonis cognomen obtigisse crediderim quod quamvis obreptus ille corporis

Tantus iste sit animi viribus humanitate prudentia ad hec et litterarum non
mediocri noticia ea quoque morum suavitate que facile si quid hec solitudo
asperum lenire queat Illum ut facis tota mente complectere. illum motu
solitariam partem nota nisi enim fallor augurio sequetur nolens et confessus
urbanarum rerum fugam urbium non horrebat. Sed o ubi Socratem
nostrum linquo fallor ne hunc linquo equidem Nam tu velim comites
illi pos tui est. Itaque tu ceteri evocandi sunt hunc nobis inseparabilem
amor prestat Nosti hominem in quo et stabilis amicitie fides certa
et mutuarum multa familiaritas clarum fecit Cum quo ita gaudium
inter quoque iocunditas adest ut consilium non absit Ita vis ingenii vigor
quam alii ut que lumps non umquam vigi solet mestitie nulla nubes obfuscat
sed ea semper lete fe frontis conformitas quam in Socrate illo senex et
mirari solemus et laudare in hoc et conspicimus et amamus Epto in
neque nostrum silleo Guidone tuumque animo nichil est purius. nichil quoque candidius
nichil ingenio acrius nichil iudicio sanius nichil conversatione suavius
Cum si non septimus ut cognomen eius spondet sed quintus accessit non vel
ligo quid hoc dulcius comitatu Quamquam nec alii quidem desunt et noto
pares et studio nisi illos nobis aut status imparitas aut [illegible] difficultas
quedam et inenodabilis humanarum rerum complexitas includit. Sed et hii satis
multi sunt et illis animo frui nec ipsa vetuerit futura fortuna hii
certo tales viri aderunt ut neque valitudo aspera neque virtutes otium
parato neque commigrandi incidens necessitas ita nos distrahat quin unus
nostrum assidue tecum sit Et quid singula enumerem. Nichil deerit
omnium voluntas una non desit Assunt quidem immune graves sed agiles
expedite quoque divitie Vnde aliter ut idem dicam adest paupertas non
mesta natura non sordida sed honesta et leta et si verum fatear voluptas
multis invidiosa Adest librorum bona copia legendi dulcis ardor
intelligendi meditandique facultas data celitus et studio aucta
pervigili Quod sequitur silentium sit enim pudor hortabatur in scirem
putentis affectum paucis rebus attende Et ipse igitur adero et in ea que
diligis numquam abeat papirus novum aliquid afferens in dies Cumque esti
maior tu michi fateor ante alios inexplebili illo tuo legendi
desiderio [illegible] nisi quod a principio dixeram et vetus est verbum
Iudicio favor officiet. i. noceat Recepto enim quoties illam ne dicam
aliis sed certe platonicis et Ciceronianis codicibus pertulisti dum
tibi bibliothece mee limen ingresso quod sepe non ut emptus sed ut amicus
facis legendique avido que michi inter sitis extinguit ego dona
illa opera celestium obtulissem tu autem manum obiecta fronte au
tens tu nisi deposueris In quod ne quid tum cone careat.
inclinasse te potuit ut veterem professionem cognomen repetere [illegible] ea egres

Vel huic meorum amor huic novitas Etsi enim in scriptis vetustatis
auctoritas maior Et illud flacci verum sit quod meliora dies ut vi
na poemata reddit. hic tamen et novitas gratiam suam Et forte iuvat
expertum quantum vivendo profecerim Nil enim impigrius nil experientia
amante Quidquid autem tale est tuum fateor huic ardorem ipse totum
sepe miratus sum sepe absens villici mei verbis agnovi qui assi
due redeunte his me lamentis aggreditur Cur nescio quam
papirum quam tu hanc invisens domum solam petere soleas abstu
lerim video et miror vel preces afferam vel custodis fidem Vel
villici puritatem Itaque aliquando abiens et tu sene ludens meo papirum
illi vacuam dedi quasi illa esset quam quesisses Quo facto se illusum
revertenti iterum graviter questus totamque demum rem in iocos et in
risum dedit Sed video ad ordinem ¶ Adest ergo tibi preterea sine quo
vita ne dicam felix sed ne vita quidem est malarum rerum nale odium
et bonarum amor virtutum cultus bone fame pulchra cupiditas
honesti studium contemptus superatum Quod si unum est solitarie vite
fundamentis dixero verum dixisse me dicam ¶ Adest corpus laboribus
ob eundis ydoneum nondum fragile iam maturum Adest etas ad hec
virens sed iam adolescentie malis expiata que optima vite pars
nec expers actuum nec consilii inops est et ad magnas res audendas
aggrediendas que sufficiens ¶ Adest denique patria ubi civis ac presul
huic amoris in populo huic reverentie arce tenes Illud tibi nam
prestat hoc dignitas utrumque virtus ac meritum Eam quoque sortitus
es patriam quam licet episcopatus tuus Civitatis appellatione nobilitet ipsa
tamen propter vetustatem et nomen de civitate mutasse licet non luxum non
frequentiam Non tumultum singula ad eam vitam de qua loquor aptis
sima tuus ego si rite computo anno circiter quinquagesimo ante domini adventum
Iulio Cesare Britanniam oppugnante in autenticis scriptis inter antiquis
sima tunc urbes memoria inveio Aspectus loci talis ut non indignaret
idem ipse Socrates nec quotiens illuc ad te visendum quemvis ducere
soleat En civitas illa parva quidem sed honesta quam Abagarus rex
Iesu salvatori obtulisse legitur in ecclesiasticis hystoriis Illius in medio
tibi solitudinem facere si velis potes non eges ad hanc re peregrinatione
longinqua ad quam multi eorum confugerunt quos supra commemoravi
in ea locorum conditio est ut in patria tua inque tuorum gremio solitarium esse
posses haud spernanda quidem opportunitas Domi habes quod multi trans maria
Sin autem tibi nidus tuus sordet aut ¶ questiore
quid forte liberius petis evolare licet in propinquum ramum

Et supra dictum fonte amenissima et quietissima statione consiste
Adest tibi tuus Sorgia rex fontium ad cuius murmur hec scribo.
Adest liberrimi gratissimique perfugium clause vallis sic enim vocavit
incole sic vocari voluit natura quando illam circumductis collibus
abdidit extra omne iter omnemque concursum undique et ab incolis non
premisit hic tu quorum quod tacet et liber et dominus et presul et solitarius
depotes Poteris ne tum locum spernere qui adiecit et reverentiam
incitit et stuporem Si quis specus insit Veneta saxis pennisque excelsis
monte suspendit non manibus sed naturalibus causis in tanta lapi
tatem extenuatum cum tum quedam religionis suspicione percutiet
Di hoc verendum est queso religiosior usquam specus Et si quod sacrum est vim
Magnorum enim inquit fluminum capita venerantur Ubi maior veneratio
flumina quidem maiora longe vie spacio et congestu aquarum multarum novimus
fontem nullum Rursus si cultum est vim Subita inquit ex abdito vasti
aus erupto aras habent ubi oro digniores are fuerunt Quas ego ita per dominum
xpm testor si qua noto facultas affulserit illuc in ortulo meo qui fontibus
imminet ac rupibus subiacet exigere .i. perfice meditor Non Nymphis
.i. dee aquarum ut Veneta sentiebat Neque ullis fontium fluminumque nu
minibus sed Marie cuius partus ineffabilis et fecunda virginitas omnes
deorum aras ac templa subvertit Aderit ipsa fortassis ut quod diu ia
et nisi fallor pie cupio alii perficiam nunc ceptum sequor Poteris
ne igitur tum locum spernere que alienigene venerantur locum et li
bertati et quieti et otio et sibi et virtuti ac vere in singulis inmorer ad
summa omnibus quibus studes amicissimum locum ut certam spleat toto orbi
et tibi tam culto habitatore dignatum Dis que veranus tuus xpi con
fessor eximius qui sedem tuam nunc solito duriore nescio quotus ante
te tenuit quoreis locum patris hic demum substitit pulsoque hinc dracone
terribili statim tibi ac solitaria vitam hiis duxit in locis Cuius nomen
inter famose solitudinis annos non pretitum sed dilatum est ut in extremo
positum tenacius heret memorie Non tantum unde illud avelli
commemoracio cottidiana non sinit et prius semper urna sub oculis fidei
tue testis in qua preciosis sancti viri reliquis exequiadam omne tu studium
omnes opes ut dici solet ventre fraudato omne denique quod tibi usque
erat argentum atque aurum optime contulisti que ceterorum qui fortasse hoc le
gent Hic equidem habitavit ille dum vixit prius ad statum curre pontiffi
calis in tutum spectata virtus attolleret Hic velud in terra hostili sed
a se perdomita ac pacata et cultu hominum acquisita xpo cuius auspiciis
signo que vicerat tropheum erexit titulo virginis genitricis insigne
templum exiguum sed decorum et validum hunc ipse montem primum fecit et

Hanc montana perduxitque silicem perforavit ut aiunt manibus
opus fervoris atque ocii ingentis. Hic in ripa cellam huic christo
dives atque ortulo contentus et flumine. ¶ Postremo procul hinc
moriens huc referri atque hic sepeliri noluit ut nosti tam claro
stupendoque miraculo ut quod olim in transitu maris rubri vi
ventis Moyses virga potuerat hoc si qua fides in transitu fluminis
veteri pallium posset eximii. Sed hactenus. Nam de reliquis tuis
tu laudibus multa dici possunt. Sed et multa sepe diximus et hodierno
Sive ita libet deo sive volumus quo colloquio dandus est finis
una libertas est atque una felicitas sine artibus bonis ingenium
extollere qui proximus egregius labor est sive aliquid meditando et
scribendo nostri memoria posteris relinquere atque ita dierum fugam sistere
et hoc brevissimum vite tempus extendere sive sint hec omnia pre
stare propositum est nobis. Confugiamus iam oro tandem et id quantulumcumque
quod superest in solitudine transigamus omni studio caveteres ne dum ope
ferre naufragis videamur ipsi rerum humanarum scopulis allidamur.
Denique quod probamus id agamus ne qui morbus est publicus quodque
in aliis sepe reprehendimus committamus ut iudicia sermones que nostri
ab actionibus distrepent. Nemo vero nos fallat. Nemo nobis
persuadeat in hoc amplas opes expectendas non adiuvat sed impedit
premitque non sublevat. Ad hanc vitam ascensus est. Nemo in
altum ascensurus superuacuis sponte ponderibus aut laqueis implicatur.
Nichil auro gravius nichil que tenacius. Id vero quo ad necessitati subvenit
nec optandum nec amandum quidem vero enim avaritie obsequitur nichil
est quod ferentem magis inclinet ac deiciat et in terram cogat.
Neque id mirum si e terra ortum ad eandem pondere suo fertur. Non quemadmodum
mit animam celestis originis terrestrium cumulatarum sarcinis obrui fecit
bus inquinari profert quidem splendorem et levitatem sensibus illu
dentem animo autem affert tenebras et spinas et tribulos curarum
tristium atque pungentium et quo purgatius videtur eo abditius malum
infectius est. Numquam sole venerunt divicie multa et varia mala secum
vehunt et in numeros labores causasque discriminum si vero non satis est
federi querere ab hiis quos felices vocant et admirantur nichil
occultent in veris eorum vitam suppliciis plenam scies ut quod minima
bonis exhorreas aut contempnas et intelligas huic vite ad quam
te hortor magnas divicias nil prodesse sepe autem obesse quam
plurimum ut ne dum non tanto studio conquirende sint sed abiciende
potius si ultro adessent donec ad eum que natura et virtus statuit
modum more nautarum gravi tempestate laborantium iactu dap
noso que rerum salva puppe perventum erit. ¶ Multa restant nunc animum subit

Ut te pater meus tecum cogem et obtestor ut minus pueri consilium vini datum seni duobus esse utile patiam. Is puer Alcibiades fuit postea uir et forma notus et ingenio altenantisque fortune clarissimum exemplum huius auunculus pericles fuit vir et ipse raris admiranda In primis eloquio potens et cui ad magnum imperium fuerant lingua per gladio Ad hunc ergo tu puer Alcibiades ex more veniens solitum pluto tristiorem offendisset motus quod non solitus forte bladiasse excepty esset percunctatus fertur que causa tristitie seu quid madisset nouum et tu senex pueli ingenio delectatus reor verum rei causam non celas set dixisset quod se in mensa pecuniam expendisse in usus rei publice cuius impense rationem qualiter reddere non posset apud se cogitando repiret tamen pater supra etatem Tu vero inquit cogita potius non reddas Callidum nempe consilium uel si a sene datum esset magnumque et eundem plene presagum etatis Quo fretus auunculus concitato bello externo cuilem difficultatem reddende rationis euasit Sed ad consilium redeo In quo laudare soleo non facti iustitiam sed acumen ingenii et celeritatem Hoc est illud pueri simile consilium quod in usus nostros verte moneo Sed in alios tunc nos anuersum Ecce enim veniat qui uiam nobis ad magnas diuitias ostendat quod michi est aliud quam auaritia doce pestilens sane scola et opposita ad modum difficilis quod doctrina multo ingilias et laborum impendio distendo et ut effectu caritura uel notitura successibus In hiis cogitationibus occupato animo dicamus Cogita potius qualiter non cupias Ea enim utilior et certe facilior ars est ad quam si adhuc uentus et indocilis est aug additis urgendus est stimulis Ostendamque ei preter mala diuitiarum de quibus a nobis modo aliquid et multa cottidie dicuntur a multis hac artem hanc in manibus meis illam alteram in arbitrio fortune Operuerem opes potest quisque consequi non ita satiusque est illud amici Quam enim magis potius a fortuna impetrem ut det quam animo petam Itaque rem difficilem et euentus ambigui puto prestat in certatam linquere que et si certe utilis foret esset tamen intempestiua et sera Ecce enim sudabimus hanelabimus torquebimus ne desint uite breuis ac fragilis alimenta que ut dixi iam pridem cumulate et usque ad inudiam ac delitias assunt Verum esto desit aliquid Quis enim regum est cui non aliquid desit. Hic magno usu assurgendum dicet aliquis ut omnem prorsus indigentiam futuri dyes si miles expellamus que nec penitus pelli potest et ad tempus pulsa redit atrior Cicero quidem de Germanis scribens ex me inquit sicut sepe antea cohortaris ad ambitionem et laborem faciam equidem sed quam vincimus Obtemus

Questio sed efficax hinc vero quisquis erit hortatori neque apte ne sa-
tis et graviter cuderit pt placet amice quod suggeris si modo
possibile est Sed quando vivere incipiemus oro te quos sed non modo
vivere sed vixisse iam deceat Nam hec semper anxia atque in crastinum
prominens non est vita sed vite meditatio nunquam forte venture et
quod constat ambigue mittere multa quidem hoc a plebeio poeta
non ignobiliter dictum tenes Crede michi non est sapientis dicere vivam
Sera nimis vita est crastina vive hodie Est vero consilium illud
alcibiadis late patens et ad multa versatile Volo stimulat gula
sollicitat suspendit ambitio succendit amor difficillima exequendo
contempnendo quam facillima hec cum doceamque ut anceps et periculosa
ad vivendum via itaque sepe dum ulcisci volens iniuria acuabilis ut
vilis gule servitus et sollicitati apparatus turpissimusque exitus ut veri
tosa semper ambitio supplicanda populo quo nichil est durius ipsis
superbis quam amor sequendum muliercule quo nichil indignius viro
forti ridendum iniuriis lugendumque et sepe non minus letis quam
mestis eventibus tanta varietas rei est horum omnium una est regula
Siquidem hiis implendis cogitatio impenditur nunquam deerunt
mesticie mortalis et malorum cause ut evadas hinc ut letus ac
liber sis contemptus ipse prestabit hoc potius cogitandum est igitur
qualiter difficultates has fugias quam qualiter explices vide
in qua viribus simus puerile dictum talis pt. Sed obmissis aliis quod
nunc unum agitur avaritia hoc artificio vincamus nctias nobis
adhuc ocium magnas opes ostentante et spernendo mortalia frenando
quam cupidines et nature modestiam extimando compendiarium
iter ad veras divitias consistamque Hec enim vera cum omnibus ad
virtutem intentibus tum vel maxime proposito vero i unica cupi-
ditas est Nam nec finem habet ullum ut cumulando supervacua impe-
dimentum queritur hinc vite cum presidium pollicetur quam non honustam
sed expeditam atque agilem esse oportet Nempe cum constet multos
hui omnia posse videbantur ne hoc unum possent opum potentieque
magnitudine obstitisse. Tibi nil obstat nisi quod minime suspicor
ipse tibi obstes potes equidem potes modo non singulos nodos solvere
quam simul omnes amputare malueris Adversus ydream aliter ydra
res est nobis nullus erit finis nisi repullulancia capita ingenio
precidamque herculeo Ergo solus esse non tamen possum Sed iam cepi facile
perseveraturque si tantum michi solitarie vie dux et comes accessit
Heu modo mee quietis adiutor sed ut quod in animo est quomodolibet
enunciem ipse quies mea nec tamen solitudinis solamen Sed ipse
quodammodo solitudo mea eris tunc vero pleneque solitarius videbor dum tecum ero

Ipsa esset ergo te temptavique vadum sequeris saltem qui precedere debuisti
En quasi dubio torrente transmisso ripa clamans adversa ut intrepide
traicias edico Nichil omnino periculi est et in primo pedes tenui scrupea omnia
atque suspecta hic amena secuta demittio Si dubitas si cunctaris ipse
tectandisto et vestigia recto observata sequor ut Virgilius ait ut sed
manum prehensum ad hec te loca producta quibus tu assuetis regum tha
lamos pontificumque aulas curiales et molestos laqueos duces Sed
si forte omnia que alios tenent abdicare non dum possimus Id enim
summum est ex eorum genere que prius incipit homines docere quam discere
Ut saltem amicam nobis solitudinem faciamus quod nullus ne tales promitti
mur inque illam cum omnibus fortunarum nostrarum sarcinulis congregemus
Quibus cum fortiter carere posse ceperimus tunc demum plena libertas erit
et securum gaudium interea ut res sunt nusquam certe quietius virtuti
sumus Neque enim vel quia diffidam tam obnixe ago vel tanto ver
borum nisu quicquam tibi durum aut grave suadeo cuius altitudinem cum tui
norim et sive huius sive artioris vie clarissimi tibi quam notissimi du
ces sint Nam et martinus cui multum fidis et cui quod pergratos
sermones quam tui indicant inter Christi amicos amicissimum te notam
huic vite modum ut ex superioribus liquet implevit simul et solitarium
regimen amplexus et episcopi dignitate retinens ut vite suo Genna
dius et monachum et episcopum illum vocet Nempe qui prius ante baptismum
difficilius est implesset in adolescentia inque ipsa malicia utrumque
religiosis adversa consiliis sic vivens ut iam tunc sicut in vita eius
scriptum est non miles sed monachus putaretur Et alter incnas tui na
talis idem qui martinus e terrena celesti militia non in urbe sed
in heremo permutavit et huc quoque de industria dilatus Gregorius
Nazazenus ut Jeronimus testatur unus sex episcopum in loco suo ordinans totam
vitam monachi exercuit Cuius vite quibus ille semper amor fuit
hinc elicias quod iam ante sub recente ex atheniensi auditorio
digressum Basilium Cesariensem famosum compatriotam et collegam
atque ut famam secutus Augustinus ait eciam carum germanum suum e cathedra
magisterii detractum ubi ille Rethoricam florentissime docebat invec
ta manu ad solitudinem et ad meliora studia insigni quadam amoris
fiducia et autoritate deduxerat · Capitulum xv.

Audio autem e transverso quid adversus hec Rursum
obstrepi soleat nam primo de scripturis sacris nobis fidem inculcant
invidiam ve soli quia cum ceciderit non habet sublevantem se Et melius
est duos simul esse quam unum hinc enim emolumentum societatis sue Et
que sunt id genus plurima Quod ego non dicerem si quid ego sentiam
et quid loquar attenderit Deinde aristotelicum illud obiciunt qui ait

Vel quod naturale sociale animal est homo vel quod qui alijs non communicat
aut bestia est aut deus quasi ego vel odium indicam vel societate
omnium hominum interdicam vel anceps sit electio quid esse malim aut bestia
est aut deus an deus hoc est bestialis homo an diuinus vir. Cicero ma-
nifestum preterea nobis illud inmurmurat ut non audite quod quibusdam visum
esset secundum a natura profectam hominum societate non semel disseruisse contra-
rei huius argumentum attulit optimum quod licet omnibus copijs suffu-
latum et omnibus necessitatibus expertem et solitudinem fugiturum et socium stu-
dij quesiturum quibus satis ut arbitror libro superiore responsum est.
Nam nec ego in hoc tam plene cum tullio quem iret solitudinis ac
studij socium ymo vel socios et querendos dico et colendos. Et hec
igitur et que ad obuiandum nobis similia trahi solent teneo et
deserta solitudine affirmare tamen super memini et Julianum illum sce-
lestissimum heremitam Antipathiam et famosiorem Anthonium Alex-
andriam vrbes quam alias petijsse Non sum vestitus unum id non motum
proprio seu loci quadam ex causa sed pro graui necessitate summo quod fidei discri-
mine gestum noui Dicit enim sic scriptum est Dicebant illi sanctissimi viri
quod tempori unumquodque congrueret et quod opus esset fieri quiete quando
necessariam solitudini proponere Ciuitates Et iam id ipse ridiculum quod premisses
attuntant quodque primi michi sepius obiectum scio Quid enim fiet inquit
si passim omnibus persuadere potuis quod intendis aut quis tandem
in vrbibus residebit Vide ergo ne contra rem publicam loquaris Atque
plane res ipsa tendeat Siquidem omnes inde migrauerint certa ce multitudine
sine ratione solitudines deserendas que iam solitudines non erunt eoque
protinus redeundum unde omnes tedij pater inquies popellus ipsius ipsis
abscessit Sed bene habet Non hij sunt hominum motus neque tam patulas
vulgus aut tam faciles honestatis consilijs aures prebet paucis utique
persuaserim. Nec vero par est omnibus unam vitam et presertim solitariam
suadere Nec ego loquor omnibus sed tibi Sed michi et hijs paucis
quibus hec cura queunt Nobis certe si non vulgi votes sed naturam
nostram sequimur nichil est aptius

Linquamus urbem non redeundi animo ne posita ad aratrum
manu respiciamus retro sed pretereamus potius ne umquam ad ingressum
detur omnibus bonis male notum populum reuertamur quod fecisse lentulus
traditur is qui sub obtentu perfectionis honeste eternum exilium elegit quem
ut imitarer vellemque et si non quietis amor at saltem turbe odium per-
suasisse deberet. Quamquam non desit exemplum sed deuotum magis.
Cronij senis monachi qui solitudinem ingressus orauit ne umquam
inde discederet votaque persuauicia sibi promittit ne vrbis pedes ... Extir


pande solitudinem cause sunt frangende que nos tenent vinci rupen
dus et pons aterga nequa fuge vel redditus pes supposuit Dicta enim tibi
qd' palladius exemplorum talium hystoricus dixisse sibi Johem scribit Egip
tium heremita illum cui super mento est dicta Epus enim inquit es
futurus plurimumque tribulationum hitaturus es ac laborum · Si igitur ista
uis fugere noli relinque solitudines meas Nullus enim te i desertis
degente locis Epm faciet Hec palladio Johes ego aut tibi de Epatu
nichil Iam enim es qd ille tamen dum promouebat neque iam tibi pq lce
Epm non fuisse ad quem statum ante annos maturum te inuitus euexit
Sz quod huic proximum e dicam Epatus enim tuus talis e in quo et honoris
summus in libertate mediocribus atque infimis parsis Quod si maioris
epi pondus times solitudines meas ama Et si laborum i mortalium
nexibus vis absolui hanc requiem quere ut enim a militie labore
rediens ait Romanus ille Centurio hic optime manebimus qd si
fortuito prolatum ad omen tanti imperii tractum est ex proposito dictum
ho speratur Surge rem [illegible] linquamus urbem mercatoribus
aduocatis proxenetis feneratoribus publicanis tabellionibus medicis ung
nentariis lanionibus cocis pistoribus atque sartoribus alchimistis ful
lonibus fabris textoribus architectis statuariis pictoribus mimis sal
tatoribus Citharedis Circulatoribus lenonibus furibus · hospitibus
circumscriptoribus maleficiis adulteris parasitis ac scurris edacibus
odorem fori vigili nare captantibus quibus ea felicitas vna e illi
inhiant Nullus aut videor in montibus et solitis ac plausibus ca
ruisse supplicium Sine illos non sunt viri sinus · permitte diuitibus numos
suos numare et in hoc arismetice presidio uti Nos diuitias meas sine
studio sine arte numerabimus nichil est quod illis inuideamus Nisi mu
etiam quod absit pueri simus quos picta ad umbrata suspendant
Demum faleris equis venalibus vetus est cautela Nemo sanus
puellam deformem quamuis bene vestita e in coniugium optauit Nos si fale
ras ymo laruas hiis purpuratis felicibus detrahamus clare videbimus
et miserrimos · suas sibi diuitias habeant · suos mores suas voluptates
Nempe quas eternas vellent diuicie abibunt et quas manu ret
hunt voluptates fugient At quibus caruisse cupient mores stabunt
et comitabuntur inuitos Cuncta hec que illos vulgo mirabiles ostendunt
momento temporis euanescent Sub imperio fortune viuunt si illa pe
percoluit mors non parcet Cui preciosissima rerum hec si tu dicendi sunt
hec quibus fruuntur ipsi mox a vilissimis hebunt et a quibus inquies
hebit diuicias ingratus heres et forsan hostis i ipsis corpora vermes
et vpupe tartarus animas Nomen obliuio sempiterna Contra quamuis
pauper hic fuerit i memoria eterna erit iustus Non nos usque ad emulatorum

Provocet falsa prosperitas vera miseria sequestrentur a nobis molles et eneruati diuites Illis therme balnea fornices atria popine nobis silue montes prata fontes placeant Illi turnis desideria et luctu vndecumque veniens Nos studia liberalia et honesta sectemur Et si quid mechanicum inserere iuuat sit agricultura venatio que Cui quamuis inesse clamosum aliquid in modo proposito dissonum videatur vetusque sit verbum In venando multa verborum de iactura venationi tamen et meditationi et studiis optima materiis quibusdam ingenijs usum sentio propter solitudinem saltuum et nemorum latebras silencium que tercia ipsa suauandum Quod eo magis verum fiet dum preter nimium hoc est non venator sed spectator in siluam eas abiturque ex comodo sine vllo venandi comeatu ea forte uel clericis presertim inter siluas agentibus permissa licentia est Nec huius generis interdicta venatio rara quidem et modesta et exercitatio corporis inducta non luxui quemque illi cognate sunt piscatio aucupiumque hee sunt vestris artes Denique semper pendeat ac uolitantur Nos ad petram pressis uestigijs insistamus Illi semper hereant Nos alii procedant Illi semper dubij consultent. Nos iam tandem salutare consilium exequamur Postremo illi mundum fugientem amplexentur teneantque si possunt Nos dimittamus et queramus dum inueniri potest et inuenerimus inuocemusque dum prope est qui et dum corpora nostra peregrinantur ab urbibus peregrinentur a corporibus animos permittamus illos ad celum cum tempus aduenerit quod prius non separabuntur a corporibus secuti


In quo impetus calamum tulit qua nulla dixerimus de re propria ut uulgus existimat ut ego sencio primaria et michi siquidem tam iocunda ut cum in hoc corporeo carcere diu inclusum me fuisse meminerim inrepsisse non amplius mi uideat quamdiu solus et ociosus uixi Quamque non si usurpare audeam preclarum illud singularis egregij ducis dictum nec importune detur insolencie glaudi Par in tanta impietate licencia ego quoque non modo numquam minus ociosus quam cum ociosus nunquam solus quam cum solus sed saepe ociosus nunquam solus fui Et si non sim dubius quod sepe iam dixi magno strepitu proprium huius omnibus occursurum Sed ciuitas intrepida et inuicta est Nec nanos horret strepitus ut descriptor cornipedis id est equi Maro ait Illi ardua ceruix argutumque caput Cuius quidem non assertor adhuc magis audax quam solicitus inquisitor sim Ad quam licet omni studio semper aspirem Vereor tamen ne quid michi uel illius latebre uel mee tarde uel tarditas quedam obstet ingenij ut sepe res querens opinionibus implicer hec ergo non diffinitor sed scrutator uestigator que tractauerim Nam et diffinire sapientis


Est ipsum Et ego nec sapiens nec proximus sapienti Sed ut Ciceronis verbo
utar magnus sum opinator Contra autem paucos quibus loquor
affuturos scio preter unum superiores rebus omnibus atque victores
Ego iam huius iudicij tui arram teneo satis est Quid alij iudicent
pro se quisque viderit dum varietas fluctuantes quas suas nulla necessitas
ad verum cogit Certe cum venerit inevitabilis dies et urgere animam
hinc ceperit ineluctabilis mortis hora cum non importuniusque aut
compitis populi digito monstratum esse Non regem aut pontificem
fuisse non pecunia non gloria non delicijs affluxisse sed caste sed pie sed
innocenter vixisse profuerit tunc ut spero fatebitur qui nunc ne
gat tranquillum hoc saltem fuisse consilium Itaque tantus ardor.
tantusque me amor est ut cum multa dixerim plura se offerant sed studio
consulendum est Putabam enim explanam scribere librum scripsisse
Quem divisurus non fueram quo sed solitarie vite solitarius liber esset
non quia in mentem redijt eam me solitudinem laudasse non que virum
et sed que turbas fugit Simul illa me cogitatio proposito emovit
ut honestum sensum que vie medio lectorem spatio relevaret Unum
igitur in duobus secui Dulce autem michi fuit preter morem veterum.
Quos in multis sequi soleo hijs qualibuscunque litterulis meis
sepe sacrum et gloriosum Christi nomen inserere quod si fecissent ipsi
illi veterum ingeniorum duces et eloquio humano inde scintillarum
celestium inseruissent Delectant fateor. sed multo amplius delecta
rent Nunc mulcet eloquentie prima frons clara uberum luce. Sed
sinarum veris luxibus orba cum diu aures delinierit. Neque quietat
animum nec perducit ad illa suprema stabilemque dulcedinem ac pacem
intellectus. Ad quam quod insensati et superbi homines contempnunt
non per ipsam Christi humilitatem non est aditus Nec tibi ante sit affecto
ad dictam. Ut omnibus impulsarum vento frondium fragor. et omnis
circa nascentium fontium aquarum hoc unum dicere videntur Bene suades
recte consulis. Verum dicis Deo gratias

Francisci petrarche laureati vite
solitarie liber secundus explicit.



[illegible]





5

Hic incipit liber beati Augustini de Correptione et gratia. a .1.

Lectis litteris vestris Valentine frater dilectissime, et qui simul servitis deo quas per
fratrem Florum et eos qui cum illo ad nos venerunt misit caritas vestra, egi deo
gratias quod vestram in domino pacem et in veritate consensionem et in caritate flagrantiam
vestris nobis reddito sermone cognovi. Quod autem ad subversionem quorumdam apud nos
molitus est inimicus deo miserante et eius insidias in suorum servorum provectum mira
bonitate vertente, id hoc potius valuit ut nullum vestrum destruerent in peius,
sed nonnullos instruerent in melius. Non itaque opus est omnia identidem retractare
que sufficienter vobis pleno libro disputata transmisimus. Que quomodo suscepistis
scripta indicat vestra. Verumptamen semel lectum nullo modo arbitremini satis vobis innote-
scere potuisse. Si ergo eum fructuosissimum habere vultis, non vos pigeat relegendo
habere notissimum ut diligentissime sciatis quibus et qualibus questionibus solvendis atque
sanandis non ibi humana sed divina occurrerat auctoritas, a qua recedere non de-
bemus si volumus pervenire quo tendimus. Dominus autem ipse non solum ostendit nobis
a quo malo declinemus et quod bonum faciamus quod solum potest legis littera, verum etiam
adiuvat nos ut declinemus a malo ut faciamus bonum quod nullus potest sine spiritu
gratie. Que si desit, ad hoc lex adest ut reos faciat et occidat, propter quod dicit apostolus
Littera occidit, spiritus autem vivificat. Qui ergo legittime lege utitur, discit in ea bonum
et malum, et non confidens in virtute sua confugit ad gratiam, qua prestante declinet
a malo et faciat bonum. Quis autem confugit ad gratiam, nisi cum a domino gressus hominis
diriguntur et viam eius volet. Ac per hoc et desiderare auxilium gratie initium gratie est,
de quo ait ille, Et dixi nunc cepi, hec est mutatio dextere excelsi. Liberum itaque
arbitrium et ad malum et ad bonum faciendum confitendum est nos habere. Sed in malo
faciendo liber est quisque iusticie servusque peccati. In bono autem liber esse nullus potest
nisi fuerit liberatus ab eo qui dixit Si vos filius liberaverit tunc vere liberi
estis. Nec ita ut cum quisque fuit a peccati duratione (dominacione) liberatus iam non indigeat sui
liberatoris auxilio. Sed ita potius ut ab illo audiens Sine me nil potestis
facere dicat ei et ipse Adiutor meus esto ne derelinquas me. Hanc fidem que
sine dubio vera et prophetica et apostolica fides est, etiam in fratre nostro Floro invenisse me
gaudeo. Unde hii potius corrigendi sunt, quos quidem propicio deo correctos
esse iam existimo, qui eum non intelligebant. Intelligenda est enim gratia dei per Ihesum
Christum dominum nostrum qua sola homines liberantur a malo, et sine qua nullum prorsus
sive cogitando sive volendo et amando sive agendo faciunt bonum. Non solum
ut monstrante ipsa quod faciendum sit sciant, verum etiam ut prestante ipsa faciant cum
dilectione quod sciunt. Hanc quippe inspiracionem bone voluntatis atque operis posce-
bat apostolus eis quibus dicebat. Oramus autem ad deum ne quid faciatis mali,
non ut nos probati appareamus, sed ut vos quod bonum est faciatis. Quis hoc audiat
et non evigilet atque fateatur a domino deo nobis esse ut declinemus a malo et
faciamus bonum. Cur ergo non ait apostolus monemus, docemus, hortamur, increpamus,
sed ait, Oramus ad deum ne quid faciatis mali, sed quod bonum est faciatis. Et tamen
etiam loquebatur eis et faciebat illa omnia que commemoravi, monebat
docebat hortabatur increpabat. Sed sciebat hec omnia non valere quod plantando

b . i .

Et rigando faciebat in apto nisi tu pro illis exaudiret orantem qui dat
incrementum in occulto / Quoniam sicut idem doctor dicit / neque qui plantat est
aliquid / neque qui rigat / sed qui incrementum dat deus / Nemo se itaque fallat
qui dicit / Ut quid nobis predicatur atque precipitur ut declinemus a malo et
faciamus bonum / si hoc nos non agimus sed id velle et operari deus operatur in nobis
/ Sed potius intelligant si filii dei sunt / spiritu dei agi / ut quod agendum est agant
/ Et cum egerint illi a quo aguntur gratias agant / aguntur enim ut agant non ut ipsi
nichil agant / Et ad hoc eis ostenditur quid agere debeant / ut cum id agunt
sicut agendum est / id est cum dilectione et delectatione iusticie suavitatem quam dedit
dominus ut terra eius daret fructum suum accepisse se gaudeant / Cum autem
non agunt / sive omnino non faciendo sive non ex caritate faciendo / orent ut quod nondum
habent accipiant / Quid enim habebunt quod non accepturi sunt / Aut quid habent
quod non acceperunt / Ergo inquiunt precipiant tantummodo nobis quid facere debeamus
qui nobis presunt / Et ut faciamus orent pro nobis / Non autem nos cor-
ripiant et arguant si non fecerimus / Immo omnia fiant / Quoniam doctores ecclesiarum
apostoli omnia faciebant et precipiebant que fierent / Et corripiebant si non fierent
et orabant ut fierent / Precipit apostolus dicens / Omnia vestra cum caritate fiant / Corripit
dicens / Iam quidem omnino delictum est quia iudicia habetis vobiscum / Quare non magis
iniquitatem patimini / quare non potius fraudamini / sed vos iniquitatem facitis et fraudatis
et hoc fratribus / An nescitis quia iniusti regnum dei non possidebunt / Audiamus et
orantem / Vos autem inquit dominus multiplicet et habundare faciat in caritate
invicem et in omnes / Precipit ut habeatur caritas / Corripit quia non habetur
caritas / Orat ut habundet caritas / O homo in preceptione cognosce quid de-
beas habere / In correptione cognosce tuo te vicio non habere / In oratione cognosce
unde accipias quod vis habere / Quomodo inquit meo vicio non habetur quod non accepi
ab illo a quo si non detur non est omnino aliud unde tale ac tantum munus habeatur / Patimini
me paululum fratres mei non adversum vos quorum rectum est cor cum deo / sed
adversus eos qui terrena sapiunt / vel adversus ipsas humanas cogitationes
pro celestibus et divinis gratie caritatisque certare / Hoc enim dicunt qui in suis malignis
operibus ab hiis quibus hec predicatoribus corripi nolunt / Precipe michi quid faciam / Et si fecero
age pro me gratias deo qui michi ut facerem dedit / Si autem non fecero / non ego
corripiendus sum / sed ille orandus est ut det quod non dedit / id est ipsam qua precepta
eius fiunt fidelem dei et proximi caritatem / Ora ergo pro me ut hanc accipiam / Et per
hanc ex animo cum bona voluntate que precipit faciam / Recte autem corriperer
si eam mea culpa non haberem / hoc est si eam possem michi dare vel
sumere ipse / nec facerem / vel si dante illo accipere noluissem / Cum vero et ipsa
voluntas a domino preparetur / Cur me corripis quia vides me precepta eius facere
nolle / Et non potius ipsum rogas ut in me operetur et velle / Quibus respondemus quicumque
dei precepta iam tibi nota non facis / Et corripi non vis / etiam propterea
corripiendus es quia corripi non vis / Non vis enim tibi tua vicia demon-
strari / Non vis ut feriantur fiatque tibi utilis dolor quo medicum queras / Non

ut tibi tu ipse ostendi, ut cum deformem te vides reformatorem desideres eiusque sup-
plices ne in illa remaneas feditate. Tuum quippe vitium est quod malus es. Et maius
vitium corripi nolle quia malus es, quasi laudanda vel indifferenter habenda sint vitia,
ut neque laudentur neque vituperentur. Aut nichil agat timor correpti hominis
vel pudor vel dolor. Aut aliud agat cum salubriter stimulat nisi ut rogetur
bonus. Et ex malis qui corripiuntur bonos faciat qui laudentur. Quod enim vult pro
se fieri qui corripi non vult et dicit ora potius pro me, ideo corripiendus est
ut faciat etiam ipse pro se. Dolor quippe ille quo sibi displicet quando sentit cor-
reptionis aculeum excitat eum in maioris orationis affectum, ut deo miserante
incremento caritatis adiutus desinat agere pudenda et dolenda, et agat
laudanda atque gratanda. Hec est correptionis utilitas que nunc maior nunc
minor pro peccatorum diversitate salubriter adhibetur. Et tunc est salubris quando
supernus medicus respicit. Non enim aliquid prodest nisi cum facit ut peccati sui
quemque peniteat. Et quis hoc dat nisi qui respexit apostolum petrum negantem
et fecit flentem. Unde et paulus apostolus postea quam dixit cum modestia cor-
ripiendos esse diversa sentientes protinus addidit. Nequando det eis deus penitentiam
ad cognoscendam veritatem et resipiscant de dyaboli laqueis. Cur autem isti qui
corripi nolunt dicunt tantummodo precipe michi et ora pro me ut quod precipis faciam.
Cur non potius secundum pravum sensum suum et ista duo respuunt et dicunt. Nec ut
ores pro me volo. Quis enim hominum ostenditur orasse pro petro ut daret ei penitentiam
deus qua se negasse dominum flevit. Quis hominum paulum divinis preceptis ad fidem
xpianam pertinentibus erudivit. Cum ergo audiretur predicans evangelium et
dicens. Notum enim vobis facio fratres evangelium quod evangelizatum est a me quia
non est secundum hominem. Neque enim ego ab homine accepi illud neque didici sed per re-
velationem ihesu xpi. Responderetur ei quid nobis molestus es ut abs te accipiamus
atque discamus quod tu non ab homine accepisti neque didicisti. Potens est enim ille
qui tibi dedit sic et nobis dare quomodo tibi. Porro si hoc non audent dicere sed patiuntur
sibi evangelium ab homine predicari quamvis possit sibi non per hominem homini. Concedant
etiam corripi se debere a prepositis suis a quibus xpiana gratia predicatur, quamvis non
negetur deus posse quem velit etiam nullo homine corripiente corrigere. Et ad
dolorem salubrem penitentie occultissima et potentissima medicine sue potestate perducere.
Et sicut non est ab oratione cessandum pro eis quos corrigi volumus etiam si nullo
hominum orante pro petro dominus respexit eum et fecit eum suum flere peccatum. Ita non est ne-
gligenda correptio quamvis deus nolentes etiam non correptos faciat esse correctos.
Cur autem correptione prosit homo cui miseretur atque adiuvat qui facit quos
voluerit sibi sine correptione proficere. Sed quare isti sic, illi aliter atque illi aliter diversis
et innumerabilibus modis vocentur ut reformentur, absit ut dicamus iudicium luti esse
debere sed figuli. Apostolus inquiunt ait. Quis enim te discernit. Quid autem habes quod
non accepisti. Si autem et accepisti quid gloriaris quasi non acceperis. Cur ergo corripimur
arguimur reprehendimur accusamur. Quid facimus qui non accepimus. Qui hec dicunt
contra culpam suam videri volunt in hoc quod non obediunt deo. Quia utique spa-

Obediencia nimirum est eius que nata est ut sit in eo cui caritas inest / que sine dubio
ex deo est / et dat eam pater filiis suis / Hanc inquit non accepimus / Quid itaque
corripimur quasi nos eam nobis dare possimus et nostro arbitrio dare nolimus
Nec attendunt si nondum regenerati sunt primam esse causam cur obiurgati quod sint inobe
dientes deo / sibi debeant displicere / Quia fecit deus hominem rectum ab initio humane cre
ature et non est iniquitas apud deum / ac per hoc prima pravitas qua deo non obe
ditur ab homine est / qui ex rectitudine in qua eum deus primitus fecit / sua mala
voluntate decidens pravus effectus est / an ideo vero pravitas ista corripienda non
est in homine quia non est eius propria qui corripitur sed communis omnibus / Immo vero corripiatur
et in singulis quod est omnium / Non enim propterea cuiusquam non est quia ab ea nullus immunis est
Peccata quidem ista originalia ideo dicuntur aliena quod ea singuli de parentibus trahunt
Sed non sine causa dicuntur et nostra quia in illo uno omnes sicut dicit apostolus pecca
verunt / Corripiatur ergo origo damnabilis ut ex dolore correptionis voluntas
regenerationis oriatur / si tamen qui corripitur filius est promissionis ut strepitu cor
reptionis forinsecus insonante ac flagellante / deus in illo intrinsecus occulta in
spiratione operetur et velle / Si autem iam regeneratus et iustificatus in malam vitam
sua voluntate relabitur / Certe iste non potest dicere non accepi quia acceptam
gratiam dei suo in malum libero amisit arbitrio / Qui si correptione compunctus salu
briter ingemuit et ad similia bona opera vel etiam meliora redierit / Nempe
hic apertissime utilitas correptionis apparet / Sed per hominem correptio sive ex caritate
sit sive non sit / tamen ut correptio prosit / non nisi per deum fit / In adhuc et iste nolens
corripi / potest dicere / Quid ego feci qui non accepi / Quem constat accepisse et sua culpa
quod acceperat amisisse / possum inquit possum omnino / quando me arguit quod ex bona vita
in malam mea voluntate relapsus sum / dicere ad hoc / Quid ego feci qui non
accepi / Accepi enim inquit fidem que per dilectionem operatur / sed in illa usque in finem
perseverantiam non accepi / An quisquam dicere audebit istam perseverantiam non esse et
donum dei / Et hoc tam magnum bonum ita esse nostrum ut quisquis id habuerit non ei
possit apostolus dicere / Quid enim habes quod non accepisti / quoniam hoc sic habet ut non acce
perit / Ad hoc nos negare quidem non possumus etiam perseverantiam in bono
proficientem usque in finem magnum esse dei munus / nec esse nisi ab illo de quo
scriptum est / Omne datum optimum et omne donum perfectum desursum est descendens a patre
luminum / Sed non ideo est eius qui perseveravit negligenda correptio / ne forte
det illis deus penitentiam et resipiscant de dyaboli laqueis / correptionis quippe
utilitati hanc sententiam subiunxit apostolus dicens sicut supra commemoravi cum
modestia corripiente diversa sentientes nequando det illis deus penitentiam
Nam si dixerimus istam perseverantiam tam laudabilem tamque felicem sic esse hominis
ut ei non sit ex deo / illud primitus evacuamus quod ait dominus petro / Rogavi pro
te ne deficiat fides tua / Quid enim ei rogavit nisi perseverantiam usque in fine
que profecto si ab homine homini esset / a deo poscenda non esset / Deinde cum dicat
Apostolus / Oramus autem ad deum ne quid faciatis mali / procul dubio perseverantiam

perseuerantia eius orat ad deum/ neque enim ille malum facit qui bonum deserit et a quo
declinare non debet/ inclinat in malum non perseuerans in bono Illo etiam loco
ubi dicit gratias ago deo meo in omni memoria vestri semper in omni oratione mea pro omnibus
vobis cum gaudio deprecationem faciens super communicatione vestra in ewangelio a prima
die usque nunc confidens hoc ipsum quoniam qui cepit in vobis opus bonum perficiet
usque in diem ihesu christi/ Quid aliud eis quam perseuerantiam in bono usque in
finem de dei misericordia promittit Itemque ubi dicit Salutat vos Epafras.
qui ex vobis est seruus christi ihesu semper certans pro vobis in orationibus ut stetis
perfecti et pleni in omni voluntate dei. quid est ut stetis nisi ut perseueretis/
Unde dictum est de dyabolo in ueritate non stetit quia fuit ibi sed non permansit Nam
utique isti in fide iam stabant Nec aliud oramus cum oramus ut qui stat stet
nisi ut perseueret/ Item iudas apostolus cum dicit/ ei autem qui potens est conseruare
uos sine offensione et constituere ante conspectum glorie sue immaculatos in
leticia nisi perseuerantia bona/ Quid est sibi quod in apostolorum actibus legimus
Audientes gentes autem gauise sunt et exceperunt verbum domini et credide
runt quotquot erant ordinati in vitam eternam/ Quis in eterna vita po
tuit ordinari nisi perseuerantie dono/ Cum quidem qui perseuerauerit usque in fine
hic saluus erit/ qua salute nisi eterna/ Cum uero in oratione dominica deo patri
dicimus/ Sanctificetur nomen tuum. quid aliud dicimus quam ut nomen eius
sanctificetur in nobis/ Quod cum iam per lauacrum regenerationis effectum sit/ quare
cottidie fidelibus poscitur nisi in eo quod factum est in nobis perseueret a nobis/
Nam et beatus cyprianus hoc sic intelligit/ Exponens quippe eandem orationem
Dicimus inquit Sanctificetur nomen tuum Non quod optemus deo ut sanctificetur
orationibus nostris/ sed quod petamus a deo ut nomen eius sanctificetur in nobis/
Ceterum a quo deus sanctificatur qui ipse sanctificat/ sed quia ipse dixit sancti estote
quoniam ego sanctus sum/ id petimus et rogamus/ ut qui in baptismo sanctificati
sumus/ in eo quod esse cepimus perseueremus/ Ecce gloriosissimus martir hoc
sentit in uerbis his cottidie fideles christi petere ut perseuerent in eo quod esse
ceperunt/ nullo autem dubitante quisquis a domino ut in bono perseueret
precatur/ donum eius esse talem perseuerantiam confitetur/ Que cum ita sint corri
pimus tamen eos iuste quos corripimus/ Qui cum bene viuerent non in eo perseuera
uerunt etiam diuina in eternam dampnatione sunt digni/ Nec se excusabunt
qre dicentes sicut modo dicunt corripimur ita tunc quare dampnamur/ quandoquidem
ut ex bono reuertamur ad malum perseuerantiam non accepimus qua permaneremus
in bono/ Nullo modo hac excusatione a iusta dampnatione se liberabunt/
Si enim sicut ueritas loquitur nemo liberatur a dampnatione que facta est per adam
nisi per fidem ihesu christi/ Et tamen ab hac dampnatione non se qui poterunt dicere
Non se audisse ewangelium christi cum fides ex auditu sit/ quanto minus se libe
rabunt qui dicturi sunt perseuerantiam non accepimus/ Iustior enim videtur
excusatio dicentium non accepimus audientiam/ quam dicentium non accepimus
perseuerantiam/ quoniam potest dici homini In eo quod audieras et tenueras in eo
perseuerares si uelles/ Nullo autem modo dici potest id quod non audieras.

f. 1.

Crederes si velles / at per hoc et qui evangelium non audierunt / et qui eo audito
venire ad xpm. hoc est in eum credere noluerunt / quoniam ipse dixit Nemo venit
ad me nisi ei datum fuerit a patre meo / et qui pro etate parvulam nec credere
potuerunt / sed ab originali noxa a solo possent lavacro regnationis absolvi
/ quo tamen non accepto mortui perierunt / non sunt ab illa conspersione discreti
quam constat esse dampnatam euntibus omnibus ex uno in condempnationem
Discernuntur autem non meritis suis sed per graciam mediatoris / hoc est in sanguine
secundi adam iustificati gratis / Itaque tu audiens quis enim te discernit quid autem
habes quod non accepisti Si autem et accepisti quid gloriaris quasi non acceperis
/ ab illa perdicionis massa que facta est per primum adam debemus intelligere
neminem posse discerni / nisi qui hoc bonum habet quodque habet ex gracia sal
vatoris accepit / hoc apostolicum testimonium tam magnum est / ut beatus cyprianus
ad quirinum scribens illud subiecerit illi titulo in quo ait In nullo esse glo
riandum quando nostrum nichil sit / Quicumque ergo ab illa originali dampnatione
ista divine gracie largitate discreti sunt / Non est dubium quod et procuratur eis
audiendum evangelium / Et cum audiunt credunt / et in fide que per dilectionem
operatur usque in finem perseverant / Et si quando exorbitant / correpti emendantur
/ Et quidam eorum et si ab hominibus non corripiantur in viam quam reliquerant
redeunt / Et nonnulli accepta gratia in qualibet etate periculis huius vite mortis
celeritate subtrahuntur / hec enim omnia operatur in eis qui vasa misericordie operatus est
eos / qui et elegit illos in filio suo Ante constitucionem mundi per electionem gracie
Si autem gratia Iam non ex operibus / alioquin gratia Iam non est gratia / Non enim sic sunt
vocati ut non essent electi / propter quod dictum est / multi vocati pauci vero
electi / Sed quoniam secundum propositum vocati sunt profecto electi sunt per electionem ut dictum
est gracie non precedentium meritorum suorum quia gratia illis est omne meritum / De talibus
dicit apostolus Scimus quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum hiis qui
secundum propositum vocati sunt sancti / quoniam quos ante prescivit et predestinavit con
formes ymaginis filii sui / ut sit ipse primogenitus in multis fratribus / quos
autem predestinavit illos et vocavit / Quos autem vocavit illos et iustificavit
/ Quos autem iustificavit ipsos et glorificavit / ex istis nullus perit quia
omnes electi sunt / Electi autem sunt quia secundum propositum vocati sunt / propositum autem
non suum sed dei / De quo alibi dicit ut secundum electionem propositum dei maneret et
non ex operibus sed ex vocante dictum est ei quia maior serviet minori / Et alibi
Non secundum opera nostra inquit sed secundum propositum suum et graciam / Cum ergo audimus
Quos autem predestinavit illos et vocavit secundum propositum vocatos debemus
agnoscere / Quoniam inde cepit dicens omnia cooperantur in bonum hiis qui secundum
propositum vocati sunt / Ac deinde subiunxit Quoniam quos ante prescivit et pre
destinavit conformes ymaginis filii sui ut sit ipse primogenitus in multis
fratribus / atque hiis premissis subdidit / quos autem predestinavit illos et vocavit
/ Eos itaque vult intelligi quos secundum propositum vocavit ne putentur in eis

In eis esse aliqui vocati et nō electi ppt̄ illam dn̄icā s̄niam multi vocati pauci
electi / quicumq; em̄ electi sine dubio etiā vocati / Non em̄ quicumq; vocati qse-
quent electi / illi ergo electi ut sepe dictu ē qui s̄m ppositū vocati / qui etiā
pdestinati atq; psciti hor̄ si quisq̄m perit fallitur deus s; nemo eor̄ perit q̄
non fallitur deus / hor̄ si quisq̄m pit vicio humano vincitur deus / s; nemo
eor̄ pit q̄ nulla re vincitur deus / Electi aut̄ sunt ad regnandu cu xpo /
Non quo electus est iudas ad opus cui congruebat / ab illo quippe electus est
qui novit etiā bn̄ uti malis / ut et p eius opus dampnabile illud ppt qd
ipe venerat opus venerabile compleret / Cu itaq; audimus / Nonne ego vos
xij elegi et vnus ex vobis dyabolus est / illos debemus intelligere electos
p mīam / illu p iudiciu / Illos ergo elegit ad optinendu regnu suu / illu
ad effundendu sanguine suu / Merito sequitur vox ad regnu elector̄ si deus
pro nobis quis contra nos / Qui filio pprio non pepercit s; p omnib; nobis
tradidit eum / quo et nō cu illo omnia nobis donavit / Quis accusabit ad-
versus electos dei / deus qui iustificat / Quis condempnat / xpus ihesus
qui mortuus est / magis aute qui et resurrexit qui est in dextra dei q̄
et interpellat pro nobis / Qm̄ fortis aut̄ pseverantie usq; in finem mun9
acceperint sequitur et dicant / Quis nos separabit a caritate xpi / Tribulatio
an angustia an psecutio an fames an nuditas an periculu an gladius
sicut scriptu ē / Quia ppt te mortificamur tota die estimati sumus ut
oves occisionis s; in hijs omnibus supervincimus p eu qui dilexit nos / Certus
sum em̄ q̄ neq; mors neq; vita neq; angeli neq; principat9 neq; pn̄tia
neq; futura neq; virtus neq; altitudo neq; pfundu neq; creatura alia poterit
nos separare a caritate dei que est in xpo ihu dn̄o nr̄o / Ita significati sunt
ad thymotheu / ubi cu dictum fuisset ymeneu et filetu fidem quorundam sub-
vertere mox additu est / firmu autem fundamentu dei stat habens signaculu
hoc / Scivit dns qui sunt eius / hor̄ fides que p dilectiōm operatur / pfecto
aut oīo nō deficit / aut si qui sunt quor̄ deficit reparatur antequā vita ista finiatur
Et deleta que intercurrerat iniquitate / usq; in finē pseverantia deputatur / Qui
vero pseveraturi non sunt / ac sic a fide xpiana et conversatione lapsuri sunt
Ut tales eos vite huius finis inveniat / procul dubio nec illo tempore quo bn̄
pie q; vivunt / in istor̄ nūo computandi sunt / Non .n. sunt a massa
illa pditionis pscientia dei et pdestinatione discreti / et ideo nec s̄m ppositu vo-
cati / ac p hoc nec electi / sed in eis vocati de quibus dictum ē multi vocati /
Non in eis de quibus dcm̄ est pauci vero electi / Et tn̄ quis eos neget electos
cu credunt et baptisantur et s̄m deu vivunt / plane dicuntur electi a nescientib;
quid futuri sint / Non ab illo qui eos novit nō habere pseverantia que ad btā
vitam pducat electos / sitq; illos ita stare ut pscierit esse casuros / hic si a me nō
queratur cur eis deus pseverantia nō dedit / qui eam qua xpiane viverent
dilectiōm dedit / me ignorare respondeo / nō em̄ arrogant̃ s; agnoscens modulu
meu audio dicentem aplm̄ O homo tu quis es qui respondeas deo a-

h. i

Et o altitudo diuitiarum sapientie sciencie dei quam inscrutabilia sunt iudicia eius
et inuestigabiles uie eius. Quantum itaque nobis iudicia sua manifestare dignatur
gratias agamus, quantum vero abscondere non aduersus eius consilium murmuremus
Sed hoc quoque nobis saluberrimum esse credamus. Tu autem quisquis inimicus eius
gratie sic interrogas ipse quid dicis Bene quod te non negas esse christianum et katho
licum iactas Si ergo confiteris donum dei esse perseuerare in bono usque in finem Cur
hoc donum ille accipiat puto quod mecum pariter nescis. Et ambo hec inscrutabilia
iudicia dei penetrare non possumus. Aut si ad liberum arbitrium hominis quod non
secundum dei gratiam sed contra eam defendis pertinere dicis ut perseueret humana vo
luntate faciente, quid moliturus es contra uerba dicentis Rogaui pro te petre
ne deficiat fides tua. An audebis dicere etiam rogante christo ne deficeret fides
petri defecturam fuisse si petrus eam deficere voluisset, hoc est si eam usque in fine
perseuerare noluisset. Quasi aliud petrus ullo modo vellet quam pro illo petiuit christus
rogasset ut uellet. Nam quis ignorat tunc fuisse perituram fidem petri si ea que
fidelis erat uoluntas ipsa deficeret, et permansuram si eadem uoluntas maneret
Sed quia preparatur uoluntas a domino, ideo pro illo christi non posset esse inanis oracio
quando rogauit ergo ne fides eius deficeret quid aliud rogauit nisi ut haberet in
fide liberrimam fortissimam inuictissimam perseuerantissimam uoluntatem. Ecce que
admodum secundum gratiam dei non contra eam libertas defenditur uoluntatis. Voluntas
quippe humana non libertate consequitur gratiam sed gratia potius libertatem. Et ut
perseueret delectabilem perpetuitatem et insuperabilem fortitudinem. Mirandum quidem
est multumque mirandum quod filiis suis quibusdam deus quos regenerauit in christo, quibus
fidem spem caritatem dedit, non dat perseuerantiam, cum filiis alienis scelera tanta
dimittat, atque impertita gratia faciat filios suos quis hoc non miretur. Quis hoc non
vehementissime stupeat. Sed etiam illud non minus mirum est et tamen verum
atque ita manifestum ut nec ipsi inimici gratie dei quo id negent valeant
inuenire, quod filios quosdam amicorum suorum, hoc est regeneratorum bonorumque
fidelium sine baptismo hinc paruulos exeuntes, quibus utique si uellet huius
lauacri gratiam procuraret in cuius potestate sunt omnia, alienat a regno suo quo pa
rentes mittit illorum, et quosdam filios inimicorum suorum facit in manus christianorum
venire, et per hoc lauacrum introducit in regnum a quo eorum parentes alieni sunt
Cum et illis malum et istis bonum meritum nullum sit paruulis ex eorum propria volunte.
Certe hic iudicia dei quoniam iusta et alta sunt nec uituperari possunt nec penetrari
In hiis est et illud de perseuerancia de qua nunc disputamus. De utroque quippe
exclamemus. O altitudo diuitiarum sapientie et sciencie dei quam inscrutabilia sunt
iudicia. Nec miremur nos uestigare non posse inuestigabiles uias eius. Ut enim
alia innumerabilia taceam que aliis non dantur hominibus a deo apud quem non est
accepcio personarum, nec tribuuntur ista meritis uoluntatum, sicut sunt celeritates
vires bone valitudines et pulchritudines corporum, ingenia mirabilia multarum
artium capaces nature mentium, vel que accidunt extrinsecus ut est opulencia
nobilitas honores et cetera huiusmodi que quisque ut habeat non nisi in dei est potestate
ut non immorer etiam in baptismate paruulorum quod nullus potest dicere sicut ad regnum

Non pertinere. Cur illi parvulo detur, illi non detur, cum sit utrumque in potestate dei et sine
illo sacramento nemo intret in regnum dei, ut hoc ergo fateantur vel relinquant
illos ipsos intueri de quibus agitur. De his enim disserimus qui perseverantiam
bonitatis non habent, sed ex bono in malum deficiente bona voluntate moriuntur.
Respondeant si possunt, cur illos deus cum fideliter et pie viverent non tunc de vite huius
periculis rapuit ne malicia mutaret intellectum eorum et ne fictio deciperet animas
eorum. Utrum hoc in potestate non habuit, an eorum mala futura nescivit. Nempe nihil
horum nisi perversissime atque insanissime dicitur. Cur ergo non fecit? Respondeant
qui nos irrident quando in rebus talibus exclamamus: Quam inscrutabilia sunt iudicia eius
et investigabiles vie eius. Neque enim hoc non donat deus quibus voluerit,
aut vero scriptura illa mentitur que de morte velud inmatura hominis iusti
ait: Raptus est ne malicia mutaret intellectum eius aut ne fictio deciperet
animam eius. Cur igitur hoc tam magnum beneficium aliis dat, aliis non dat deus,
apud quem non est iniquitas nec acceptio personarum, et in cuius potestate est quamdiu
quisque in hac vita maneat, que temptatio dicta est super terram? Sicut ergo
coguntur fateri donum dei esse ut finiat homo istam vitam antequam ex bono
mutetur in malum, cur autem aliis donetur, aliis non donetur ignorant, ita
donum dei esse in bono perseverantiam secundum scripturas de quibus testimonia multa
iam posui fateantur nobiscum. Et cur aliis detur, aliis non detur, sine murmure
adversus deum dignentur ignorare nobiscum. Nec nos moveat quod filiis suis
quibusdam deus non det istam perseverantiam secundum scripturas de quibus testi-
monia multa iam posui fateantur nobiscum. Absit enim ut ita esset, si de illis
predestinatis essent et secundum propositum vocatis qui vere sunt filii promissionis.
Nam isti cum pie vivunt dicuntur filii dei, sed quoniam victuri sunt impie et in eadem
impietate morituri, non eos dicit filios dei prescientia dei. Sunt enim filii dei
qui non sunt nobis et sunt iam deo, de quibus ait evangelista Iohannes quod Ihesus
moriturus erat pro gente, nec tantum pro gente, sed ut et filios dei dispersos congregaret
in unum, quod utique credendo futuri erant per evangelii predicacionem, et tamen
antequam factum esset iam filii dei erant in memoriali patris sui inconcussa stabi-
litate conscripti. Et sunt rursus quidam qui filii dei propter susceptam vel temporaliter
gratiam dicuntur a nobis, nec sunt tamen deo, de quibus ait idem Iohannes: Ex nobis
exierunt, sed non erant ex nobis, quod si fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum.
Non ait: Ex nobis exierunt, sed quia non manserunt nobiscum iam non sunt ex nobis,
verum ait: Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis. Et tamquam ei diceretur: Unde id
ostendis? Quod si fuissent inquit ex nobis, permansissent utique nobiscum. Filiorum dei
vox est. Iohannes loquitur in filiis dei loco precipuo constitutus. Cum ergo filii dei
dicant de his qui perseverantiam non habuerunt: Ex nobis exierunt, sed non erant ex
nobis, et addunt: quod si fuissent ex nobis permansissent utique nobiscum, quid
aliud dicunt nisi non erant filii, etiam quando erant in professione et nomine filiorum, non
quia in ea non permanserunt. Neque enim ait: Nam si fuissent ex nobis veram non
fictam iusticiam tenuissent utique nobiscum. In bono illos volebat procul dubio

k.1

pmanere/ Erant itaqz in bono sed quia in eo non pmanserut .i. no usqz in fine
pseuerauerut Non erant inquit ex nobis et quando erant nobiscu hoc est
non erant ex nuo filio℞ Et quando erant in fide filio℞/ Qm qui vere filij
sunt psciti et pdestinati sunt conformes ymaginis filij eius Et sedm ppositu
vocati sunt ut electi eent Non em perit filius promissionis sed filius pdicois
Fuerut ergo isti ex multitudine vocato℞ Ex electo℞ autem paucitate non
fuerut Non igitur filijs suis pdestinatis pdestinatis deus pseuerantia no
dedit/ hrent .n. eam si in eo filio℞ nuo eent et qd hrent quod no accepisset
sm apliam vamqz sniam Ac p hoc tales filij filio xpo dati eent queadmod
ipe dicit ad prem vt ome quod dedisti michi no pereat sed hcat vita etna
Hij ergo christo intelliguntur dati qui ordinati sunt in vita eterna/ hij ergo
xpo intelliguntur dati qui ordinati sunt in vitam etnam/ ipi sunt illi
pdestinati et sedm ppositu vocati quo℞ nullus perit/ Ac p hoc nullus eo℞
ex bono in malu mutatus finit hanc vitam Qm sic est ordinatus et ideo xpo
datus vt non peat sed hcat vitam etnam/ Et rursus quos dicimus inimicos
eius vel pvulos filios inimico℞ eius quoscuqz eo℞ sic regnaturus e ut in ea
fide que p dilcom opatur hanc vitam finiant iam et antequa hoc fiat in illa
pdestinatone filij sunt eius et dati sut xpo filio eius ut no peant s3 hcant
vitam etnam/ Nam deniqz ipe saluator si manseritis inquit in vbo meo
discipuli mei estis/ Numquid in hijs computandi sut illi de quibus ewan lux
sic loquitur/ vbi dns cu qmendasset comedendam carnem sua Et bibendu
sagwine suu ait ewangelista hec dixit in synagoga docens in capharnau
Multi ergo audientes ex discipulis suis dixerut Durus est hic sermo quis
pt eu audire Sciens autem ihus apud semetipm q murmurat de hoc
discipuli eius/ dixit eis/ hoc vos scandalizat/ si ergo videritis filiu hominis
ascendentem ubi erat prius Spus est qui viuificat Caro aut no pdest quicqua
Verba que ego locutus sum vobis/ spus et vita sunt/ sed sunt quidam ex vob
qui non credunt/ Sciebat em ab inicio ihus qui eet credentes/ Et quis tra
diturus esset eum/ Et dicebat ppea dixi vobis quia nemo venit ad me nisi
fuit ei datu a pre meo Ex hoc multi discipulo℞ eius abierut retro
Nam non cu illo ambulabant/ Numquid no et isti discipuli appellati sunt
loquente ewangelio/ et tamen non erant vere discipuli/ q no manserunt
in verbo eius sedm id quod ait/ Si manseritis in verbo meo ve discipuli
mei estis/ Quia g° no hueriut pseuerancia sicut ve discipuli christi
ita nec filij dei ve fuerut etiam qn esse videbantur Et ita vocabantur/ Appellam
ergo nos et electos xpi discipulos et dei filios quia sic appelladi sut quos
regnatos pie viue cernimus/ Sz tuc vere sunt quod appellantur si manserit
in eo ppt quod sic appellantur/ Si aut pseuerancia no hut .i. in eo quod ce
perut ee no manet non vere appellantur qd appellantur et non sunt/ Apud
eu em hi no sunt cui notu e qd futuri sunt .i. ex bonis mali ppt hoc aplus
cu dixisset Scimus qm diligentibus deu omnia coopantur in bonum sciens no

Nonnullos diligere deum et in illo bono usque in finem non permanere, mox addidit hiis
qui secundum propositum vocati sunt. Hii enim in eo quod diligunt deum permanent usque in finem.
Et qui ad tempus inde deviant revertuntur ut usque in finem perducant quod in bono
esse ceperunt. Ostendens autem quid sit secundum propositum vocari mox addidit ea que iam
supposui: Quoniam quos ante prescivit et predestinavit conformes ymaginis filii eius
ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem predestinavit illos et vo-
cavit scilicet secundum propositum. Quos autem vocavit ipsos et iustificavit. Quos autem
iustificavit ipsos et glorificavit. Illa omnia iam facta sunt: prescivit predestinavit
vocavit iustificavit. Quoniam et omnes iam presciti ac predestinati sunt. Et multi iam
vocati atque iustificati. Quod autem posuit in fine illos et glorificavit, siquidem
illa gloria est hic intelligenda de qua idem dicit: cum christus apparuerit vita
vestra tunc et vos apparebitis cum illo in gloria, nondum factum est. Quamvis et illa duo
i. vocavit et iustificavit non in omnibus facta sint de quibus dicta sunt.
Adhuc enim usque in finem seculi multi vocandi et iustificandi sunt, et tamen preteriti
temporis posuit de rebus etiam futuris tamquam iam fecit deus que iam ut fierent
ex eternitate disposuit. Ideo de illo dicit et propheta ysaias: Qui fecit que futura
sunt. Quicumque ergo in dei providentissima dispositione presciti predestinati vocati
iustificati glorificati sunt, non dico etiam nondum renati sed etiam nondum nati
iam filii dei sunt. Hii vere venerunt ad christum quia ita venerunt quo ipse dicit
Omne quod dat michi pater ad me veniet. Et eum qui venit ad me non eiciam foras.
Et paulo post: hec est inquit voluntas eius qui misit me patris ut omne
quod dedit michi non perdam ex eo. Ab illo ergo datur etiam perseverancia
in bono usque in finem. Neque datur nisi eis qui non peribunt, quoniam qui non perse-
verant peribunt. Talibus deum diligentibus eum omnia cooperatur in bonum.
usque adeo prorsus omnia ut et si qui eorum deviant et exorbitant etiam hoc
ipsum eis faciat proficere in bonum, quia humiliores redeunt atque doctiores. Discunt
enim in ipsa via iusta cum tremore se exultare debere, non sibi arrogando
tamquam de sua virtute fiduciam permanendi, nec dicendo in habundancia sua
non movebor in eternum. Propter quod eis dicitur: Servite domino in timore et exultate
ei cum tremore, nequando irascatur dominus et pereatis de via iusta. Neque enim ait
et non veniatis ad viam iustam, sed ne pereatis inquit de via iusta. Quid
ostendens nisi eos esse commonitos qui iam ambulant in via iusta ut in timore
deo serviant, i. non altum sapiant sed timeant, quod significat non superbiant sed humiles
sint. Unde alibi dicit: Non alta sapientes sed humilibus consencientes. Exultent
deo sed cum tremore, ut in nullo glorientes quando nostrum nichil sit, ut qui gloriatur
in domino glorietur, ne pereant de via iusta in qua iam ambulare ceperunt, dum
sibi hoc ipsum assignant quod in ea sunt. Hiis verbis usus est et apostolus ubi
ait: Cum timore et tremore vestram ipsorum salutem operamini. Et ostendens quare
quia cum timore et tremore: deus est enim inquit qui operatur in nobis et velle
et operari pro bona voluntate. Non enim habebat hunc timorem et tremorem
qui dicebat in habundancia sua non movebor in eternum, sed quia filius erat
promissionis non perdicionis, expertus deo paululum deserente quid esset ipse

Domine inquit in voluntate tua prestitisti decori meo virtutem / avertisti faciem
tuam et factus sum conturbatus / Ecce doctior et ob hoc etiam humilior tenuit
fidem iam videns et confitens in voluntate sua deum decori eius prestitisse
virtutem / quam sibi ipsi tribuens et de se presumens in tali habundancia quam prestitit
deus non de illo qui eam prestiterat / dicebat Non movebor in eternum / factus est ergo
conturbatus ut se inveniret / Et humiliter sapiens non solum eterne vite verum etiam
in hac vita pie conversacionis et perseverancie in quo spes habenda esset ad
disceret / hec vox et apostoli petri esse potuit / dixerat quippe et ipse in habun
dancia sua / animam meam pro te ponam / sibi festinando tribuens quod ei erat a domino
postea largiendum / Avertit autem ab illo faciem dominus Et factus est conturbatus
ita ut eum mori pro illo metuens ter negaret / Sed rursus convertit ad eum faciem
suam dominus et culpam lacrimis diluit / Quid est enim aliud respexit eum nisi faciem quam
paululum ab illo averterat revocavit ad eum / factus ergo fuerat conturbatus / Sed
quia didicit non de se ipso fidere / etiam hoc ei profuit in bonum faciente illo
qui diligentibus eum omnia cooperatur in bonum / Quia secundum propositum vocatus erat
Ut nemo eum posset eripere de manu christi cui datus erat / Nemo ergo dicat
eum non esse corripiendum qui exorbitat de via iusta / sed ei reditum et perseve
ranciam a domino tantum esse poscendam / Nemo prudens et fidelis hoc dicat / Si
enim secundum propositum vocatus est iste procul dubio etiam illi quod corripitur deus coo
peratur in bonum / Verum autem ita sit vocatus quoniam qui corripit nescit faciat ipse cum
caritate quod scit faciendum / sciet enim talem corripiendum facturo deo aut ad
misericordiam aut ad iudicium / Misericordiam quidem si a massa perdicionis ille qui corripitur
gracie largitate discretus est / et non est inter vasa ire que perfecta sunt in perdicionem
Sed inter vasa misericordie que preparavit in gloriam / Iudicium vero si in illis est dampnatus
in istis non est predestinatus / Hinc exoritur alia questio non sane contempnenda sed in adiu
torio domini in cuius manu sunt et nos et sermones nostri aggredienda atque solvenda
Queritur enim a nobis quantum attinet ad hoc donum dei quod est in bono perseverare usque
in finem / Quid de ipso primo homine senciamus qui certe sine vicio ullo factus est
rectus / Nec dico si perseveranciam non habuit quomodo sine vicio fuit cui tam necessarium dei munus
defuit / Huic namque interrogacioni facile respondetur / Eum perseveranciam non habuisse
quia in eo bono quo sine vicio fuit non perseveravit / Cepit enim habere vicium ex quo
peccatum cecidit / Et si cepit antequam cepisset utique sine vicio fuit / Aliud est enim non habere vicium
Et aliud est in ea bonitate in qua nullum vicium non manere / eo quippe ipso quod
non dicitur numquam sine vicio fuisse sed dicitur sine vicio non permansisse procul dubio
demonstratur sine vicio fuisse in quo bono non permansisse culpatur / Sed illud magis
querendum est operosiusque tractandum quomodo respondeamus eis qui dicunt si in illa
rectitudine in qua sine vicio factus est habuit perseveranciam procul dubio perseveravit
in ea / Et si perseveravit utique non peccavit nec illam suam rectitudinem deumque
deseruit / Eum autem peccasse et desertorem boni fuisse veritas clamat / Non ergo
habuit in illo bono perseveranciam / Et si non habuit non utique accepit / Quomodo enim et

Et accepisset perseverantiam et non perseverasset? Porro si ipse non habuit quia non
accepit quid ipse non perseverando peccavit qui perseverantiam non accepit? Neque
enim dici potest ideo non accepisse quia non est discretus a massa perditionis gratie
largitate. Nondum quippe erat illa in genere humano perditionis massa antequam pec-
casset ex quo tracta est origo viciata. Quapropter saluberrime confitemur quod
rectissime credimus deum dominumque rerum omnium qui creavit omnia bona valde et
mala ex bonis exoritura esse prescivit. Et scivit magis ad suam omnipotentissimam
bonitatem pertinere etiam de malis benefacere quam mala esse non sinere sic ordinasse
angelorum et hominum vitam ut in ea prius ostenderet quid posset eorum liberum ar-
bitrium, deinde quid posset sue gratie beneficium iusticieque iudicium. Denique angeli quidam
quorum est princeps qui dicitur dyabolus per liberum arbitrium a domino deo refuge
facti sunt. Refugientes tamen eius bonitatem qua beati fuerunt non potuerunt
eius effugere iudicium per quod miserrimi effecti sunt. Ceteri autem per ipsum liberum ar-
bitrium in veritate steterunt eamque de suo casu numquam futuro certissimam scire meruerunt. Si
enim nos de scripturis sanctis nosse potuimus sanctos angelos iam nullos esse casuros,
quanto magis hoc ipsi revelata sibi sublimius veritate noverunt. Nobis quippe
beata sine fine vita promissa est et equalitas angelorum. Ex qua promissione certi
sumus cum ad illam vitam post iudicium venerimus non inde nos esse lapsuros. Quod
si de seipsis angeli nesciunt non equales sed beatiores erimus. Veritas autem nobis eorum
promisit equalitatem. Certum est igitur hoc eos nosse per speciem quod nos per fidem, nullam
scilicet ruinam cuiusquam sancti angeli iam futuram. Dyabolus autem et angeli eius
etsi beati erant antequam caderent et se in miseriam casuros esse nesciebant, erat tamen
adhuc quod eorum adderetur beatitudini si per liberum arbitrium in veritate stetissent, donec
istam summe beatitudinis plenitudinem tamquam premium ipsius permansionis acciperent
id est ut magna per spiritum sanctum data habundantia caritatis dei cadere ulterius omnino non
possent et hoc de se certissime nossent. Hanc plenitudinem beatitudinis non habebant
sed quia nesciebant suam futuram miseriam, minore quidem sed tamen beatitudine sine ullo
vicio fruebantur. Nam si suum casum futurum nossent et eternum supplicium beati utique
esse non possent quos huius tanti mali metus iam tunc miseros esse compelleret.
Sic et hominem fecit cum libero arbitrio. Et quamvis sui futuri casus ignarum, tamen ideo
beatum quia et non mori et miserum non fieri in sua potestate esse sentiebat. In quo statu
recto ac sine vicio si per ipsum liberum arbitrium manere voluisset profecto sine ullo mortis et infe-
licitatis experimento acciperet illam merito huius permansionis beatitudinis plenitudinem
qua et sancti angeli sunt beati, id est ut cadere non posset ulterius et hoc certissime
sciret. Nam nec ipse posset etiam in paradiso beatus esse, immo ibi non esset ubi esse
miserum non deceret si eum sui casus prescientia timore tanti mali miserum faceret. Quia
vero per liberum arbitrium deum deseruit iustum iudicium dei expertus est ut cum tota
sua stirpe que in illo adhuc posita tota cum illo peccaverat dampnaretur. Quotquot
enim ex hac stirpe gratia dei liberantur a dampnatione utique liberantur qua iam tenentur
obstricti. Unde si nullus etiam liberaretur iustum dei iudicium nemo iuste reprehen-
deret. Quod ergo pauci in comparatione pereuntium, in suo vero numero multi liberantur, gratia

o ·1·

sit gratis sit gratie sunt agende, ut sit nequis velud de suis meritis extollatur
sed omne os obstruatur et qui gloriatur in domino glorietur. Quid ergo adam non habuit
dei gratiam? ymmo vero habuit magnam, sed disparem. Ille in bonis erat que de bo
nitate sui conditoris acceperat. Neque enim ea bona et ille suis meritis comparaverat
In quibus prorsus nullum patiebatur malum. Sancti vero in hac vita ad quos
pertinet liberationis hec gratia in malis sunt ex quibus clamant ad deum. libera
nos a malo. Ille in illis bonis christi morte non eguit. istos a reatu et hereditario
et proprio illius agni sanguis absolvit. Ille non opus habebat eo adiutorio quod
implorant isti cum dicunt. video aliam legem in membris meis repugnantem
legi mentis mee. Et captivantem me in lege peccati que est in membris meis
Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius. gratia dei per ihesum
christum dominum nostrum. Quoniam in eis caro concupiscit adversus spiritum et spiritus adversus
carnem. atque in tali certamine laborantes ac periclitantes. dari sibi pugnandi
vincendique virtutem per christi gratiam poscunt. Ille vero nulla tali rixa
a seipso adversus seipsum temptatus atque turbatus in illo beatitudinis loco sua secum
pace fruebatur. Proinde et si non nunc letiore verumtamen potentiore gratia
indigent isti. et que potentior quam dei unigenitus filius equalis patri
et coeternus pro eis homo factus. et sine suo ullo vel originali vel proprio peccato
ab hominibus peccatoribus crucifixus. Qui quamvis die tertio resurrexit numquam
moriturus ulterius pertulit tamen pro mortalibus mortem qui mortuis pre
stitit vitam. ut redempti eius sanguine tanto ac tali pignore accepto.
dicerent si deus pro nobis quis contra nos. qui proprio filio suo non pepercit sed
pro nobis omnibus tradidit eum. Quomodo non et cum illo nobis omnia donavit. Deus
ergo naturam nostram id est animam rationalem carnemque hominis christi accepit
susceptione singulariter mirabili vel mirabiliter singulari ut nullis iusticie sue precedentibus
meritis filius dei sic esset ab initio quo esse homo cepisset. ut ipse et verbum quod
sine initio est una persona esset. Neque enim quisquam tanta rei huius et fidei
cecus est ignorantia ut audeat dicere. Quamvis de spiritu sancto et maria virgine
filium hominis natum per liberum tamen arbitrium bene vivendo et sine peccato bona opera
faciendo meruisse ut esset dei filius. resistente ewangelio atque dicente. Verbum
caro factum est. Nam ubi hoc factum est nisi in utero virginali unde fuit initium hominis
christi. Item virgine requirente quomodo fieret quod ei per angelum nunciabatur
Angelus respondit. Spiritus sanctus veniet super te et virtus altissimi obumbrabit
tibi. propterea quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius dei. propterea inquit non propter
opera que nondum nati utique nulla sunt. sed propterea quia spiritus sanctus superveniet in te
et virtus altissimi obumbrabit tibi. Quod nascetur ex te sanctum vocabitur
filius dei. Ista nativitas profecto gratuita coniunxit in unitate persone hominem deo
carnem verbo. Istam nativitatem bona opera secuta sunt. non bona opera
meruerunt. Neque enim metuendum erat ne isto ineffabili modo in unitate persone

Verbo do natura huana suscepta p libm volutatis ar · peccaret / cu ipa suscepto
talis esset ut natura homis a deo ita suscepta nullu in se motu male uo
luntatis admitteret / p hunc mediatorez deus ostendit eos quos eius sag re
redemit facere se ex malis deinceps in etnu bonos / que sic suscepit ut nuq
eet malus nec ex malo factus bonus semp eet bonus / Istam graz no hunt
ho · pmg / qua nuqua vellet esse malus / sed sane hunt in qua si pmanere
vellet nuqua malus eet / et sine qua ecia cu libo arbito bonus ee no poss
s eam tn p libm ar · desere posset / Nec ipm ergo deus ee voluit sn sua
gra / quem reliquit in eius libo arbito / Qm libm ar · ad malu sufficit / ad
bonu aute parz e nisi adiuuet ab omnipoti bono / Qd adiutoriu si ho ille
p liberu non deseruisset arbitriu / semp eet bong / s deseruit et desertg e /
Tale quippe erat adiutoriu quod desereret cu vellet / et in quo pmaneret si
vellet / non quo fieret ut vellet / hec est pma gra que data est pmo adam
s hac potencior e in 2o adam / pma enim e qua fit ut heat homo iusticia si
velit / 2a go plus pt qua ecia fit ut velit et tm velit tantoqz ardore diligat
vt carnis voluntate contraria ccupiscente / voluntate spus vincat / Nec ila
quidem parua erat qua demostrata etiam e potencia libi arbitii / Qm sic
adiuuabat ut sine hoc adiutorio in bono no maneret / s hoc adiutoriu si vellz
desereret / hec aut tanto maior e ut paru sit homi p illam repare pditam
libertate / paru sit deniqz no posse sine ipa vel apphende bonu vl pmane
in bono si velit / nisi etiam efficiatur ut velit / Tunc go dederat hoi deus
bona voluntate / In illa quippe eu fecerat qui fecerat rcm tn dederat adiu
toriu sine quo in ea non posset pmane si vellet / Vt aut vellet in eius
in eius reliquit arbitrio / posset ergo pmane si vellet qr no deerat adiuto
riu p quod posset et sine quo non posset pseueranter bonu tene quod vellet /
s quia noluit pmane / pfecto eius est culpa / cuig meritu fuisset si pmanere
voluisset / sicut fecerunt angeli sancti qui cadentibus alijs p libm arbitriu
p idem libm arbitriu steterut ipi / et huig mansionis debita mercede recipe
meruerut / tanta sz btitudinis plenitudine qua eis ctissimu sit semp se
in illa esse mansuros / Si aut hoc adiutoriu vel angelo vel hoi cu pmu
facti sunt defuisset / qm non talis natura facta erat ut sine diuino adiutorio
posset in bono mane si vellet / no utiqz sua culpa cecidissent / adiutoriu qppe
defuisset sine quo manere no possent / Nuc autem quibus deest tale adiu
toriu iam pena pcti est / Quibus aut datur / scdm gram datur no scdm
debitu / et tanto amplius datur p ihm xpm dnm nrm / quibg id dare deo
placuit vt non solu assit sine quo pmane no possumg etiam si velimg / vm
etiam tm ac tale sit ut velimg / Fit quippe in nobis p hanc dei gram in bo
no recipiendo et pseueranter tenendo no solu posse qd volumg / vm etia
velle quod possumg / Quod no fuit in homine pmo / vnu n · horz in illo
fuit / alteru no fuit / Naqz vt reciperet bonu / gra no egebat qr nndu pdiderat

Ut autem in eo permaneret egebat adiutorio gratie, sine quo omnino non posset.
et acceperat posse si vellet, sed non habuit velle quod posset. Nam si habuisset perseve
rasset, posset enim etiam perseverare si vellet. Quod ut nollet, de libero descendit
arbitrio. Quod tunc ita liberum erat ut bene velle posset et male. Quid
autem erit liberius libero arbitrio quando non poterit servire peccato que futura erat
et homini sicut facta erat angelis sanctis merces meriti. Nunc autem per peccatum perdito
bono merito in hiis qui liberantur factum est donum gratie que merces meriti futura
erat. quapropter bona ista quid inter se differant diligenter et vigilanter intuendum
est. posse non peccare. posse non mori. et non posse mori. bonum posse non deserere.
potuit enim non peccare primus homo. potuit non mori. potuit bonum non deserere.
Numquid dicturi sumus non potuit peccare, qui tale habebat liberum arbitrium. Aut
non potuit mori, cui dictum est Si peccaveris morte morieris. Aut non potuit
bonum deserere cum hoc peccando deseruerat et ideo mortuus sit. prima ergo libertas
voluntatis erat posse non peccare. novissima erit multo maior non posse
peccare. prima immortalitas erat posse non mori. Novissima erit multo maior
non posse peccare prima immortalitas erat posse non mori Novissima erit multo
maior non posse mori. prima erat perseverantie potestas bonum posse non deserere
Novissima erit perseverantie felicitas non posse bonum deserere. Numquid quia
erunt bona novissima potiora atque meliora, ideo fuerunt illa prima vel nulla
vel parva. Item ipsa adiutoria distinguenda sunt. Aliud est adiutorium sine quo aliquid
non fit. Et aliud est adiutorium quo aliquid fit. Nam sine alimentis non possumus
vivere, nec tamen cum adfuerint alimenta eis fit ut vivat qui mori voluerit. ergo adiutorium
alimentorum est sine quo non fit, non quo fit ut vivamus. At vero beatitudo quam non
habet homo cum data fuerit continuo fit beatus. Adiutorium est enim non solum sine quo
non fit, verum etiam quo fit propter quod datur. Quapropter hoc adiutorium et quo fit est.
Et sine quo fit est. et sine quo non fit. quia si data fuerit homini beatitudo continuo fit
beatus. Et si data numquam fuerit numquam erit. Alimenta vero non consequenter faciunt ut homo
vivat. sed tamen sine illis non potest vivere. primo itaque homini qui in eo bono
quo factus fuerat rectus acceperat posse non peccare. posse non mori. posse
ipsum bonum non deserere. datum est adiutorium perseverantie, non quo fieret
ut perseveraret, sed sine quo per liberum arbitrium perseverare non posset. Nunc vero sanctis
in regnum dei per gratiam dei predestinatis non tale adiutorium perseverantie datur
Sed tale ut eis perseverantia ipsa donetur. non solum ut sine isto dono perseverantes
esse non possint. verum etiam ut per hoc donum non nisi perseverantes sint. Non solum enim
dixit ~~dixit~~ Sine me nichil potestis facere. verum etiam dixit non vos me
elegistis sed ego elegi vos et posui vos ut eatis et fructum afferatis et fructus
vester maneat. quibus hec dicebat eis non solum iustitiam verum etiam in illa perseverantiam
se dedisse monstravit. Christo enim sic eos ponente ut eant et fructum afferant et
fructus eorum maneat Quis audeat dicere non manebit. quis audeat dicere

forsitan non manebit sine pnia n. fuit dona et vocatio dei sed vocatio eoru
qui sedm ppositu vocati sunt p hys igitur interpellante xpo ne deficiat fides
eoru sine dubio no deficiet usqz in finem at p hoc pseuerabit usqz in finem
nec eam nisi manente vite huius inveniet finis. Maior quippe libertas
est necia. adversus tot et tantas temptatões que in padyso no fuerunt
dono pseuerantie terroribus erroribus suis vincat hic mudq hoc scto
marturia docuerunt. Deniqz ille et terrente nullo et insup q dei terrentis
impiu libero usus arbitrio no stetit in tanta felicitate in tanta n pec
candi facilitate. Isti aute no dico terrente mudo sed seviente ne starent stete
runt in fide, tu videt ille bona pnia que fuerat relicturq. Isti futura
que acceptiu fuerat no videbant. Unde hoc n donante illo a quo miam qsecuti
sunt ut fideles eent. A quo acceperunt spm no timoris quo psequtibq
cederent. s virtutis et caritatis et gtinentie que cuncta minatia cuncta inui
tamenta cuncta cruciamenta superarent. Illi ergo sine pcto nullo data e cu qua
conditus e voluntas libera et eam fecit servire pcto. Hoz vero cu fuisset
voluntas serva pcti liberata e p illu qui dixit si vos filius libauit. tunc
vere liberi eritis. Et acceperunt tanta p istam gram libtate ut quavis qdiu
hic vivunt pugnent contra gcupiscentias pctoz. Et ipsqz nonnulla sbrepant
p que dicant cottidie Dimitte nobis debita nra no tame vltra serviant
pcto quod e ad mortem De quo dicit Johes aplus. Est pctm ad morte.
Non p illo dico ut quis roget De quo pcto qm no expssu e possunt multa
et diversa sentiri. Ego aute dico id ee pctm. fide q p dilcom opatur de
serere usqz ad mortem Huic pcto ultra no serviunt no pma qditoe sicut ille
liberi sed p 2m adam dei gra liberati et ista libacone hntes libm ar-
bitrium quo serviat deo no quo captivet a dyalo. liberati aut a pcto servi facti sunt
iusticie in qua stabunt usqz in fine donante sibi pseverantia illo qui
eos psciuit et pdestinauit et sedm ppositu vocauit et iustifficauit et
glorifficauit. qm illa que de hys pmisit etia futura iam fecit cui pro
mittenti credidit abraham et deputatu est illi ad iusticiam. Dedit enim
glam deo plenissime credens sicut scptu est. q que promisit potens e
et facere. Ipe ergo illos bonos facit ut bonos faciant. Neqz enim eos ppter
promisit abrahe q psciuit a seipsis bonos futuros. Nam si ita e no suu
sed eoz e quod pmisit. Nam autem sic credidit abraham s no est
infirmatq in fide dans glam deo et plenissime credens quia q pmi
sit potens est et facere. Non ait que psciuit potens e pmittere. aut que
pdixit potens est ostendere. aut que pmisit potens e pscire. s que pmisit
potens est et facere. Ipe igitur eos facit pseuerare in bono qui facit bo
nos. Qui aut cadunt et pereunt in pdestinatoz nuo no fuerunt. Quavis
ergo de omnibus regnatis et pie viventibq loquetur aplus dicens

.6. 1

Tu quis es qui iudices alienu suu/ suo dno stat aut cadit/ gtinuo tame
respexit ad pdestinatos et ait/ Stabit aut et ne hoc sibi arrogarent
Pot .n. deus inquit statue eu/ ipe itaq dat pseuerancia qui statue potes
est eos qui stant ut pseuerantissime stent/ vel restitue qui ceciderunt
/ Dns em erigit elisos/ ut ergo non accipet hoc donu dei .i. in bono pseue
rancia pmus homo/ sed pseuerare uel non pseuare in eius relinqretur
arbitrio. tales uires hebat eius uoluntas que sine ullo fuerat instituta
pcto/ et nichil illi ex seipso gcupiscencialr resistebat ut digne tante boni
et bene viuendi facilitati pseuerandi committer arbitriu/ Deo quidem
psciente quid eet facturus iuste/ psciente tame non ad hoc cogente sed
simul sciente quid ipe de illo faceret iuste/ Nunc ergo postea quam e illa
magna pcti merito amissa libertas/ etiam maioribus donis adiuuanda re//
mansit infirmitas/ placuit enim deo quo maxime huane supbia psumpcio
extingueret ut no glietur omis caro coram ipso de meritis suis/ Que gde
potuit hre sed pdidit/ Et p quod hre potuit p hoc pdidit/ hoc e per
liberu arbitriu/ ppt quod no restat liberandis nisi gra liberatis/ Ita ergo no
gloriat omis caro coram ipso/ Non em gliant iniusti qui no hnt unde
/ Nec gliantur iusti quia ex ipo hnt unde/ Nec hnt gliam suam n ipm qui dicit
Gla mea et exaltas caput meu/ at p hoc ad omnes homines ptinet qd scptu
e ut non glietur omis caro coram ipso/ Ad iustos autem illud Qui gloriatur
in dno glietur/ Hoc em aplus ostendit qui cu dixisset vt no glietur caro ois
coram ipso/ ne putarent sancti sine gloria se remansisse/ mox addidit Ex ipo
autem uos estis in xpo ihu qui factus est nobis sapiencia a deo et iusticia
et sctificacio et redempcio vt quemadmodu scptu est Qui gliatur in dno
glietur/ hinc est qz in hoc loco miseriarum ubi temptacio est uita huana sup
terram virtus in infirmitate pficit/ Que uirtus n ut gliatur in dno glietur
/ Ac p hoc nec de ipa pseuerancia boni voluit deus sanctos suos in viribus
suis sed in ipo gliari/ qui eis no solu dat adiutoriu quale pmo homi dedit
sine quo no possint pseuerare si uelint sed in eis etiam opatur et uelle vt
qm no pseuerabunt nisi et possint et uelint pseuerandi eius et possibilitas
et uoluntas diuine gre largitate donetur tm quippe spu sancto accenditur
uoluntas eorz ut ideo possint qz sic volunt/ ideo sic velint qz deus opatur
ut velint/ Nam si in tanta infirmitate uite huius in qua tn infirmitate
ppter elacionem reprimendam pficit uirtute oportebat. ipis relinqueret volu//
tas sua ut in adiutorio dei sine quo pseuerare no possent manerent si uel//
lent/ Nec deus in eis opareret ut vellent inter tot et tantas temptaciones
infirmitate sua uoluntas ipa succumberet et ideo pseuerare no possent qz
deficientes infirmitate/ Nec uellent aut no ita uellent infirmitate
uoluntatis vt possent/ subuentu est igitur infirmitati volutatis huane

Ut diuina gratia indeclinabiliter et insuperabiliter ageretur et ideo quamuis in
firma non tamen deficeret neque aduersitate aliqua uinceretur. Ita factum est ut
uoluntas hominis inualida et imbecilla in bono adhuc paruo perseueraret per uirtutem
dei cum uoluntas primi hominis fortis et sana in bono ampliore non perseuerauit
habens uirtutem liberi arbitrij quamuis non defuturo adiutorio dei sine quo non
posset perseuerare si uellet. Non tamen tali quo in illo deus operaretur ut uel
let. Fortissimo quippe dimisit atque permisit facere quod uellet. Infirmis seruauit
ut ipso donante inuictissime quod bonum est uellent et hoc deserere inuictis
sime nollent. Dicente ergo christo Rogaui pro te ne deficiat fides tua.
Intelligamus ei dictum qui edifficatur super petram. Atque ita homo dei non solum
quia misericordiam consecutus est ut fidelis esset, uerum etiam quia fides ipsa non deficit qui gloriatur
in domino glorietur. Hec de hijs loquor qui predestinati sunt in regnum dei quorum
ita certus est numerus ut nec addatur eis quisquam nec minuatur ex eis. Non de hijs
qui cum annunciasset et locutus esset multiplicati sunt super numerum. Ipsi autem uocati
dici possunt non autem electi quia non secundum propositum uocati. Certum uero esse numerum
electorum neque augendum neque minuendum quamuis et iohannes baptista significet
ubi dicit facite ergo fructum dignum penitentie et nolite dicere apud uosmetipsos.
Patrem habemus abraham. Potens est enim deus de lapidibus istis suscitare filios
abrahe ut ostendat sic esse istos amputandos si non fecerint fructum ut non desit
numerus qui promissus est abrahe. Tamen apertius in apocalipsi dicitur Tene quod habes
ne alius accipiat coronam tuam. Si enim alius non est accepturus nisi iste perdiderit
numerus est certus. Quod autem etiam perseueraturis sanctis sic ista dicuntur quasi eos
perseueraturos habeatur incertum. Non aliter hoc audire debent quibus expedit
non altum sapere sed timere. Quis enim ex multitudine fidelium quamdiu in hac mor
talitate uiuitur in numero predestinatorum se esse presumat. Quia id occultari opus est
in hoc loco ubi sic cauenda est elacio ut etiam per sathane angelum ne extol
leretur tantus colaphizaretur apostolus. Hinc apostolis dicebatur Si manseritis
in me dicente illo qui eos utique sciebat esse mansuros et per prophetam Si uolueritis
et obaudieritis me quasi nesciret ipse in quibus operaretur et uelle et similia multa
dicuntur. Nam propter huius utilitatem secreti ne forte quis extollatur. Sed omnes etiam qui
bene currunt timeant dum occultum est qui perueniant. Propter huius ergo utilitatem
secreti credendum est quosdam de filijs perdicionis non accepto dono perseuerandi
usque in finem in fide que per dilectionem operatur incipere uiuere et aliquamdiu fideliter
ac iuste uiuere et postea cadere neque de hac uita prius quam hoc eis contingat
auferri. Quorum si nemini contigisset tamdiu haberent homines istum saluberrimum
timorem quo uicium elacionis opprimitur donec ad christi gratiam qua pie uiuitur
peruenirent. Deinceps iam securi numquam se ab illo esse casuros. Que presumptio
in isto temptacionum loco non expedit ubi tanta est infirmitas ut superbiam pos
sit generare securitas. Denique etiam hoc erit sed tunc quod iam est in angelis etiam
in hominibus erit quando ulla superbia esse non poterit. Numerus ergo sanctorum per dei gratiam

[illegible]

v. 1

Dei regno predestinatis donata sibi sunt usque in finem perseverantia illuc integer
perducetur et illic integerrimus iam beatissimusque sine fine servabitur adherente sibi
misericordia salvatoris sui, sive cum convertuntur, sive cum preliantur, sive cum coronantur.
Nam et tunc esse illius dei misericordiam necessariam sancta scriptura testatur, ubi sanctus de domino
deo dicit anime sue Coronat te in miseratione et misericordia. Dicit etiam Jacobus apostolus
Judicium sine misericordia illi qui non fecit misericordiam, ubi ostendit etiam in illo iudicio in
quo iusti coronantur iniustique dampnantur, alios cum misericordia, alios sine misericordia iu-
dicandos. Propter quod etiam mater machabeorum filio suo dicit ut in illa miseratione
cum fratribus te recipiam. Cum enim rex iustus sicut scriptum est sederit in throno
non adversabitur ante eum omne malum. Quis gloriabitur castum se habere cor.
Aut quis gloriabitur mundum se esse a peccato. Ac per hoc etiam ibi dei misericordia necessaria est
qua fiet beatus cui non imputavit dominus peccatum. Sed tunc pro bonorum operum meritis
iusto iudicio etiam ipsa misericordia tribuetur. Cum enim dicitur iudicium sine misericordia illi qui
non fecit misericordiam, manifestatur in his in quibus inveniuntur bona opera misericordie iudicium
cum misericordia fieri, ac per hoc etiam ipsam misericordiam meritis bonorum operum reddi. Non sic est
i. nunc nunc quando non solum nullis bonis, sed etiam multis malis operibus precedentibus misericordia
eius prevenit hominem ut liberetur a malis et que facit, et que facturus fuerat
nisi dei gratia regeretur, et que passurus fuerat in eternum nisi erueretur a potestate
tenebrarum et transferretur in regnum filii caritatis dei. Verumtamen quoniam et ipsa
vita eterna quam certum est bonis operibus debitam reddi, a tanto apostolo gratia dei
dicitur, cum gratia non operibus reddatur sed gratis detur, sine ulla dubitatione confi-
tendum est ideo gratiam vitam eternam vocari quia his meritis redditur que gratia
contulit homini. Recte quippe ipsa intelligitur gratia que in evangelio legitur
gratia pro gratia, id est pro his meritis que contulit gratia. Hii vero qui non pertinent ad hunc
predestinatorum numerum, quos dei gratia sive nondum habentes ullum liberum sive voluntatis
arbitrium, sive cum arbitrio voluntatis, ideo vero libero quia per ipsam gratiam liberato
perducit ad regnum. Hii ergo qui non pertinent ad istum certissimum et felicissimum numerum
pro meritis iustissime iudicantur. Aut enim iacent sub peccato quod originaliter
generatione traxerunt, et cum illo hereditario debito hinc exeunt, quod non est re-
generatione dimissum, aut per liberum arbitrium addiderunt et alia, liberum inquam sed non liberatum, liberum iusticie,
peccati autem servum, quo volvuntur per diversas noxias cupiditates, alii magis, alii
minus, sed omnes mali, et pro ipsa diversitate diversis iudiciis iudicandi.
Aut gratiam dei suscipiunt sed temporales sunt nec perseverant, deserunt et deseruntur.
Dimissi enim sunt libero arbitrio non accepto perseverantie dono iudicio dei iusto
et occulto. Patiantur ergo se homines corripi quando peccant, nec de ipsa correptione
argumentetur contra gratiam, nec de gratia contra correptionem, quia et peccatis iusta pena
debetur, et ad ipsam pertinet iusta correptio que medicinaliter adhibetur etiam si
salus egrotantis incerta est, ut si hic qui corripitur ad predestinatorum numerum pertinet
sit ei correptio salubre medicamentum. Si autem non pertinet, sit ei correptio
penale tormentum. Sub isto ergo incerto ex caritate adhibenda est, cuius exitus

ignorat. Et pro illo cui adhibetur orandũ est ut sanetur. Cũ autem homines
p correptionẽ in viam iusticie seu veniunt seu revertunt, quis opat in cordibus
eorum salutem nisi ille qui quolibet plantante et rigante et quolibet in agris
vel arbustulis opante dat incrementũ deus. Cui volenti salvũ facere nullũ hõ-
minum resistit arbitriũ. Sic eñ velle seu nolle in volentis aut nolentis est ptate,
ut divinã voluntatẽ nõ impediat nec supet ptatem. Etiã n. de hijs qui faciunt
que nõ vult, facit ipse que vult. Et qd scriptũ est, qd omnes homines vult salvos fieri
nec tamen omnes salvi fiunt, multis quidem modis intelligi pt. Ex quibus in alijs
opusculis nris aliquos commemoravimus, sed hic unũ dicam. Ita dictũ est
Omnes homines vult salvos fieri, ut intelligantur omnes pdestinati quia omne genus
hominum in eis est. Sicut dictũ est phariseis decimatis omne olus, ubi nõ est intelligendum
nisi omne qd habebant. Neque enĩ omne olus quod erat in toto terrarum orbe deci-
mabant. Scdm istum locutionis modum dictũ est, sicut et ego omnibus per omnia
placeo. Numquid enim qui hoc dixit placebat etiam tam multis psecutoribus
suis, sed placebat omni generi hominum qd xpi congregabat ecclie, sive iam intus positis
Sive introducendis in eam. Non est itaque dubitandum voluntati dei qui in celo
et in terra quecumque voluit fecit, et qui etiam que futura sunt fecit, humanas
voluntates nõ posse resistere quominus faciat ipse quod vult. Cum quid etiam
de ipsis hominum voluntatibus qd vult cũ vult facit. Nisi forte ut ex multis aliqua
commemorem. Cum deus voluit Sauli regnũ dare, sic erat in ptate israelitarum
subdere se memorato viro sive nõ subdere, quod utique in eorum erat positum vo-
luntate, ut etiam deo valerent resistere. Qui tamen hoc nõ fecit nisi per ipsorum
hominum voluntates, sine dubio habens humanorum cordium quo placeret inclinandorum
omnipotentissimam ptatem. Sic eñ scriptum est. Et dimisit Samuel pplm et abijt
unusquisque in locum suum. Et Saul abijt in domum suam in Gabaa, et abierunt
potentes quorum tetigit deus corda cum Saule. Et filij pestilentes dixerunt, quis
salvabit nos hic. Et inhonoraverunt eum et nõ obtulerunt ei munera. Numquid
aliquis dicturus est nõ iturum fuisse cum Saule quemquam eorum quorum tetigit corda
dns ut irent cum illo, aut isse aliquem pestilentium quorum ut hoc facerent corda
nõ tetigit. Item de David quem dns in regnum successu pspiore constituit ita
legitur. Et ambulabat David pficiens et magnificabatur et dns erat cum illo.
Hoc cum pmissum fuisset, paulo post dictum est. Et spus induit Amasai principem
xxx et dixit Tui sumus David et tecum futuri fili Jesse. Pax pax tibi et pax
adiutoribus tuis quia auxiliatus est tibi deus. Numquid iste posset adversari
voluntati dei et nõ potius eius facere voluntatem qui in eius corde operatus
est per spm suum quo indutus est ut hoc vellet diceret et faceret. Item paulo post
ait scriptura Omnes hij viri bellatores dirigentes aciem corde pacifico
venerunt in Hebron ut constituerent David super omnem israel. Sua voluntate
utique isti constituerunt regem David. Quis nõ videat quis hoc neget. Is

Non enim hoc non ex animo aut non ex bona voluntate fecerunt corde pacifico
Et tamen hoc in eis egit qui in cordibus hominum quod voluerit operatur, propter quod
premisit scriptura, Et ambulabat dauid proficiens et magnificabatur et
dominus omnipotens erat cum illo, Ac per hoc dominus omnipotens qui erat cum illo adduxit
istos ut eum regem constitueret, Et quo adduxit, Nunquid corporalibus ullis
vinculis alligauit, intus egit, corda tenuit, corda mouit, eosque voluntatibus
eorum quas ipse in illis operatus est traxit, Si ergo cum voluerit reges in terra
deus constituere, magis habet in potestate voluntates hominum quam ipsi suas. quis
alius facit ut salubris sit correptio et fiat in correpti corde correctio, ut
celesti constituatur in regno, Corripiantur itaque a prepositis suis subditi
fratres, correptionibus de caritate venientibus, pro culparum diuersitate diuersis
vel minoribus vel amplioribus, quia et ipsa que dampnatio nominatur quam
facit episcopale iudicium qua pena in ecclesia nulla maior est, potest si deus voluerit
in correctionem saluberrimam cedere atque proficere, Neque enim scimus quid contingat sequenti
die, aut ante finem vite huius de aliquo desperandum est, aut contradici
deo potest Ne respiciat et det penitentiam, et accepto sacrificio spiritus contribulati cor
dis que contriti a reatu quamuis iuste dampnationis absoluat, dampnaturum ipse
non dampnet, pastoralis tamen necessitas habet ne per plures serpant dira
contagia, separare ab ouibus sanis morbidam, ab illo cui nichil est impossibile
ipsa forsitan separatione sanandam, Nescientes enim qui pertineat ad predestinatorum
totum numerum, qui non pertineat ad predestinatorum numerum, qui non pertineat, sic affici
debemus caritatis affectu ut omnes velimus saluos fieri, hoc quippe fit cum sin
gulos quosque ut occurrerint, cum quibus id agere valemus ad hoc conamur
adducere, ut iustificati ex fide pacem habeant ad deum, Quam predicabat apostolus
etiam cum dicebat, pro christo ergo legatione fungimur tamquam deo exhortante
per nos obsecramus pro christo reconciliari deo, Quid est enim reconciliari nisi
ad pacem illum habere, propter quam pacem Et ipse dominus ihesus christus dixit discipulis In
quamcumque domum intraueritis primum dicite pax huic domui, et si ibi fuerit filius
pacis requiescet super eum pax vestra, Quem autem ad nos reuertetur, Cum hanc euan
gelizant pacem de quibus predictum est Quam speciosi pedes eorum qui annunciant
pacem. qui annunciant bona, nobis quidem tunc incipit esse quisque filius pacis
Cum obedierit et crediderit huic euangelio, Et ex fide iustificatus pacem ad
deum habere ceperit, secundum predestinationem autem dei iam filius pacis erat, Neque enim
dictum est super quem requieuerit pax vestra fiet filius pacis, sed requiescet super illam
domum pax vestra, Iam ergo et antequam illi annunciaret hec pax filius pacis
ibi erat, sicut eum nouerat atque presciebat non euangelista sed deus, Ad nos
ergo qui nescimus, quis nam sit filius pacis aut non sit, pertinet, nullum exceptum
facere, nullumque discernere, sed velle omnes saluos fieri quibus predicamus hanc pacem
Neque enim metuendum est ne perdamus eam si ille cui predicamus non est filius pacis

Nobis ignorantibus ad nos enim reuertetur id est nobis proderit ista predicatio non et illi. Si autem super eum pax predicta requieuit et nobis et illis. quia ergo nos qui salui futuri sint nescientes omnes quibus predicamus hanc pacem saluos fieri velle deus iubet et ipse hoc in nobis operatur diffundendo istam caritatem in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. potest etiam sic intelligi quod omnes homines vult saluos fieri quoniam nos facit velle sicut misit spiritum filii sui clamantem Abba pater. Nos autem clamamus sed ille clamare dictus est qui efficit ut clamemus. Si ergo clamantem spiritum recte dixit scriptura a quo efficitur ut clamemus recte etiam et volentem deum a quo efficitur ut velimus. Ac per hoc quod et corripiendo nichil aliud debemus agere nisi ut ab ista pace que est ad deum non recedatur aut ad eam qui recesserat reuertatur. Nos agamus sine desperatione quod agimus si filius pacis est quem corripimus requiescet super eum pax vestra. Sin autem ad nos reuertetur quamuis et itaque etiam dum quorundam fides subuertitur firmum fundamentum dei stet quoniam sciuit dominus qui sunt eius. Non tamen ideo nos pigri et negligentes esse debemus in corripiendis qui corripiendi sunt. Neque enim frustra dictum est. Corrumpunt mores bonos colloquia mala et perit infirmus in tua scientia frater propter quem christus mortuus est. Non argumentemur et contra ista precepta salubremque terrorem dicentes et corrumpant mores bonos colloquia mala et pereat infirmus quid ad nos pertinet firmum fundamentum dei stat Et nemo perit nisi filius perditionis. Absit ut ista garrientes securos nos in hac negligentia esse debere credamus. Verum est enim quod nemo perit nisi filius perditionis. Sed ait deus per ezechielem prophetam. Ille quidem in suo peccato morietur sanguinem vero eius de manu speculatoris inquiram. Propter quod quantum ad nos pertinet qui predestinatos a non predestinatis discernere non valemus et ob hoc omnes saluos fieri velle debemus omnibus ne pereant vel ne alios perdant adhibenda est a nobis medicinaliter seuera correctio. Dei est autem illis eam facere utilem quos ipse presciuit et predestinauit conformes ymaginis filii sui. Si enim aliquando timore non corripimus ne aliquis inde pereat cur non etiam timore corripimus ne aliquis inde plus pereat. Neque enim dilectionis visceribus maiora gestamus quam beatus apostolus qui dicit. Corripite inquietos. Consolamini pusillanimes. Suscipite infirmos. pacientes estote ad omnes Videte ne quis malum pro malo alicui reddat. Ubi intelligendum est tunc potius malum pro malo reddi si corripiendus non corripiatur sed praua dissimulatione negligitur. Dicit enim peccantes coram omnibus corripe ut ceteri timorem habeant. Quod de his peccatis accipiendum est que non latent ne contra domini sententiam putetur locutus. Ille enim dicit Si peccauerit in te frater tuus corripe eum inter te et ipsum. Verumptamen seueritate correptionis eo usque producit ut dicat Si nec ecclesiam audierit sit tibi tamquam ethnicus et publicanus. Et quis magis dilexit infirmos quam ille qui propter omnes factus est infirmus et pro omnibus ex ipsa infirmitate est crucifixus. Que cum ita sit nec gratia prohibet correptionem nec correptio negat gratiam. Et ideo sic est precipienda iusticia ut a deo gratia qua id quod precipitur fiat fideli oratione poscatur. Et hoc utrumque ita faciendum ut neque iusta correptio negligatur. Omnia vero hec cum caritate fiant. quoniam caritas nec facit peccatum et cooperit multitudinem peccatorum

Gratia dei facit nos declinare a malo et facere bonum. a. i.
Gratia dei quibus deest homini adest tamen lex que dampnet. a. i.
Gratia quando cur celanda est homini in hac vita. c. i.
liberum arbitrium hominis ad bonum et malum. a. i.
liberum arbitrium ad malum sufficit ad bonum autem parum nisi adiuuetur a deo. p. i.
lex ostendit solum quid fugiendum et quid faciendum. a. i.
Misericordia eius sicut scis nature est et qui coronatur a deo. v. i.

peccatum originale cur dicatur alienum d. i.
perseuerantia donum dei est d. i.
perseuerantia in bono cur habentibus non datur m. i.
predestinatorum numerus certus est t. i.
predestinatio electorum cur hic celanda est t. i.
perseuerantiam cur deus non omnibus dederit f. i.

c. ij

Liber beati Augustini de gratia et libero arbitrio

Propter eos qui hominis liberum arbitrium sic predicant et defendunt ut dei
gratiam qua vocamur ad eum et a meis malis meritis liberamur et per
quam bona merita comparamus quibus ad vitam perveniamus eternam
negare audeat auferre, multa iam disseruimus litterisque mandavimus quantum nobis
dominus donare dignatus est. Sed quoniam sunt quidam qui sic gratiam dei defendunt
ut negent hominis liberum arbitrium, aut quando gratia defenditur negari existiment liberum arbitrium,
hinc aliquid scribere ad vestram caritatem Valentine frater et ceteri qui simul deo
servitis compellente mutua caritate curavi. Nuntiatum est enim mihi de vobis
fratres ab aliquibus qui in vestra congregatione sunt et ad nos inde venerunt
per quos et ista direximus, quod de hac re dissensiones in vobis sint. Itaque dilectis-
simi ne vos perturbet huius questionis obscuritas, moneo vos primum ut de his
que intelligitis agatis deo gratias. Quidquid est autem ad quod pervenire nondum potest
vestre mentis intentio, pacem inter vos et caritatem servantes a domino ut intelligatis
orate. Et donec vos ipse perducat ad ea que nondum intelligitis ibi ambulate
quo pervenire potuistis. Hoc admonet apostolus paulus qui cum dixisset nondum
se esse perfectum paulo post ait: Quotquot ergo perfecti hoc sapiamus, id est ita nos
esse perfectos ut nondum ad perfectionem que nobis sufficiat venerimus. Continuoque sub-
iecit: Et si quid aliter sapitis hoc quoque deus vobis revelabit; verumtamen in quod
pervenimus in eo ambulemus. Ambulando quippe in quod pervenimus et quo nondum
pervenimus pervenire poterimus deo nobis revelante si quid aliter sapimus si ea que
revelavit non relinquamus. Revelavit autem nobis per scripturas sanctas suas
esse in homine liberum voluntatis arbitrium. Quo autem revelavit commemoro
vos non humano eloquio sed divino. Primum quia ipsa divina precepta homini non prodessent
nisi haberet liberum voluntatis arbitrium, quo ea faciens ad promissa premia perveniret.
Ideo enim data sunt ut homo excusationem de ignorantia non habeat. Sicut dominus
dicit in evangelio de iudeis: Si non venissem et locutus eis non fuissem
peccatum non haberent; nunc autem excusationem non habent de peccato suo. De quo peccato dicit
nisi de illo magno quod presciebat eorum futurum quando ista dicebat, id est quo eum
fuerant occisuri. Neque enim nullum habebant peccatum antequam Christus ad eos venisset
in carne. Item dicit apostolus: Revelatur ira dei de celo super omnem impietatem
et iniustitiam hominum eorum qui veritatem in iniquitate detinent, quia quod notum est
dei manifestum est in illis; deus enim illis manifestavit. Invisibilia enim eius
a creatura mundi per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur; sempiterna quoque virtus
eius ac divinitas ut sint inexcusabiles. Quos dicit inexcusabiles nisi de illa
excusatione qua solet dicere humana superbia: Si scissem fecissem; ideo non feci
quia nescivi, aut si scirem facerem, ideo non facio quia nescio. Hec eis excusatio tol-
litur quando preceptum datur vel scientia non peccandi manifestatur. Sed sunt homines
qui etiam de ipso deo se excusare conantur, quibus dicit apostolus Iacobus.

Nemo cum temptatur dicat quoniam a deo temptor Deus enim intemptator
malorum est Ipse autem neminem temptat Unusquisque temptatur a concupiscentia
sua abstractus et illectus Deinde concupiscentia cum conceperit parit peccatum · peccatum
vero cum consummatum fuerit generat mortem / Item de ipso deo se excusare vo
lentibus Audet liber proverbiorum salomonis Insipiencia viri violat vias
eius dominum autem causatur in corde suo / et liber ecclesiastici dicit Ne dixeris quod
propter deum recessit Que enim odit ne feceris ne dixeris quod ipse me induxit /
Non opus habet viro peccatore Omne execramentum odit dominus et non erit amabile
timentibus eum / Ipse ab inicio fecit illum Et reliquit illum in manu consilii sui
Si volueris conservabis mandata et fidem bonam placiti / Apposuit tibi ignem
et aquam ad quodcumque volueris extende manum tuam / In conspectu hominis
vita et mors / Ad quodcumque pecierit dabitur ei / Ecce apertissime videmus
expressum liberum humane voluntatis arbitrium / Quid illud quod tam multis
locis omnia mandata sua custodiri et fieri iubet deus / Quo iubet si non
est liberum arbitrium / Quid beatus ille de quo psalmus dicit / quod in lege domini fuit
voluntas eius / Nonne satis indicat voluntate sua hominem in dei lege con
sistere / Deinde tam multa mandata que ipsam quodammodo nominatim conveniunt
voluntatem · sicut est noli vinci a malo et alia similia / sicut sunt Nolite fieri
sicut equus et mulus · quibus non est intellectus / Et noli repellere consilia matris tue /
Et noli esse sapiens apud teipsum / Et noli deficere a disciplina domini / Et noli negli
gere legem / Et noli abstinere bene facere egenti / Et noli fabricare in amicum tuum
mala Et noli intendere fallacie mulieris / Et noluit intelligere ut bene ageret / Et no
luerunt accipere disciplinam / Et innumerabilia talia in veteribus libris divinorum elo
quiorum quid ostendunt nisi liberum arbitrium voluntatis humane / In libris etiam
novis evangelicis et apostolicis quid aliud ostenditur / ubi dicitur / Nolite vobis
condere thesauros in terra / Et nolite timere eos qui corpus occidunt / Et qui vult
post me venire abneget semetipsum / Et pax in terra hominibus bone voluntatis
Et quod dicit apostolus paulus / quod vult faciat non peccat si nubat / Qui autem statuit
in corde suo non habens necessitatem potestatem autem habens sue voluntatis / et hoc statuit
in corde suo servare virginitatem suam bene facit / Item dicit / Si autem volens
hoc facio mercedem habeo / Et alio loco Sobrii estote iusti et nolite peccare
Et iterum / Ut quemadmodum promptus est animus voluntatis ita sit et perficiendi
Et ad Thymotheum · dicit / Cum enim in deliciis egerint in christo nubere volunt / Et alibi
Sed et omnes qui pie volunt vivere in christo ihesu persecucionem pacientur / Et ipsi
Thymotheo Noli negligere graciam que in te est / Et ad philemonem Ne bonum
tuum velud ex necessitate esset sed ex voluntate / Servos etiam ipsos monet ut dominis
suis ex animo serviant cum bona voluntate / Item Jacobus Nolite itaque errare
fratres mei et nolite in personarum acceptione habere fidem domini nostri Jhesu christi Et nolite

c ij

Detrahere de alterutro / Item Johannes in epistola sua Nolite diligere mundum et huius
Nempe igitur ubi dicitur / Noli hoc et noli illud / et ubi aliquid faciendum ut
non faciendum in divinis monitis / opus voluntatis exigitur / Satis liberum
demonstratur arbitrium / Nemo ergo deum causetur in corde suo / sed sibi imputet
quisque cum peccat / Neque cum aliquid secundum deum operatur / alienet hoc a propria
voluntate / Quando enim volens facit / tunc dicendum opus bonum / tunc speranda est
boni operis merces ab eo de quo dictum est Qui reddet unicuique secundum opera sua
/ Qui ergo noverunt divina mandata / auffert eis excusationem qua solet hic
homines de ignorantia / sed nec ipsi sine pena erunt qui legem dei nesciunt
/ Qui enim sine lege peccaverunt / sine lege peribunt / Qui autem in lege peccaverint
per legem iudicabuntur / Quod mihi non videtur apostolus ita dixisse tamquam peius
aliquid significaverit esse passuros Qui legem nesciunt in peccatis suis / quam
illos qui sciunt / peius enim videtur esse perire quam iudicari / sed cum hoc de gentibus
et de iudeis loqueretur quia illi sine lege sunt / isti autem legem acceperunt
/ quis audeat dicere / iudeos qui in lege peccant non perituros esse / cum in christo
non crediderunt / cum de illis dictum est per legem iudicabuntur / sine fide enim
christi nemo liberari potest / ac per hoc ita iudicabuntur ut pereant / Nam si peior est
condicio nescientium quam scientium legem dei / Quomodo verum erit quod in evangelio
dominus ait / Servus qui nescit voluntatem domini sui et facit digna plagis va-
pulabit pauca / Servus autem qui scit voluntatem domini sui et facit digna
plagis vapulabit multa / Ecce ubi ostendit gravius peccare hominem scientem
quam nescientem / Nec tamen ideo confugiendum est ad ignorantie tenebras
/ ut in eis quisque requirat excusationem / Aliud est enim nescisse Aliud scire no-
luisse / Voluntas quippe arguitur in eo de quo dicitur Noluit intelligere ut
bene ageret / sed et illa ignorantia que non est eorum qui scire nolunt sed eorum
qui tamquam simpliciter nesciunt / neminem sic excusat ut sempiterno igne non ar-
deat / Si propterea non credidit quia non audivit omnino quid crederet / sed fortasse
ut mitius ardeat / non enim sine causa dictum est / Effunde iram tuam in gentes
que te non noverunt / Et illud quod ait apostolus / Cum venerit in flamma ignis dare
vindictam in eos qui ignorant deum / Verumtamen ut habeamus et ipsam scientiam ne
dicat unusquisque / nescivi / non audivi / non intellexi / Voluntas convenitur humana
ubi dicitur / Nolite esse sicut equus et mulus quibus non est intellectus
/ Quamvis peior appareat de quo dictum est verbis non emendabitur servus durus
Si enim et intellexerit non obaudiet / Cum autem dicat homo / non possum facere
quod precipitur quoniam concupiscentia mea vincor / Iam quidem de ignorantia non
habet excusationem / Nec deum causatur in corde suo / sed malum suum in se cog-
noscit et dolet / Cui tamen dicit apostolus noli vinci a malo / sed vince in bono
malum / Et utique cui dicitur noli vinci / arbitrium sine dubio voluntatis eius convenitur

Velle enim et nolle, proprie voluntatis est. Sed metuendum est, ne ista omnia divina testimonia et quecumque alia sunt, que sine dubitatione sunt plurima, in defensione liberi arbitrii sic intelligant, ut ad vitam piam et bonam cui eterna merces debetur, adiutorio et gratie dei locum non relinquat, et audeat miser homo quando bene vivit et bene operatur, vel potius bene vivere et bene operari sibi videtur, in seipso non in domino gloriari, et spem recte vivendi in seipso ponere, ut sequatur eum maledictum Jeremie prophete dicentis, Maledictus homo qui spem ponit in homine et firmat carnem brachii sui, et a domino discedit cor eius. Intelligite fratres hoc propheticum testimonium. Quia enim non dixit propheta, maledictus homo qui spem habet in seipso, posset alicui videri ideo dictum esse, Maledictus homo qui spem habet in homine, ut nemo habeat spem in altero homine, sed in se. Ut ergo ostenderet sic se admonuisse hominem, ut nec in seipso habeat spem, propterea cum dixisset maledictus homo qui spem habet in homine, mox addidit et firmat carnem brachii sui.

Brachium pro potentia posuit operandi. In hoc nomine autem carnis intelligenda est humana fragilitas. Ac per hoc firmat carnem brachii sui, qui potentiam fragilem atque invalidam, id est humanam, sufficere sibi ad bene operandum putat, nec adiutorium sperat in domino, propter hoc enim subiecit, et a domino discedit cor eius, talis est heresis pelagiana non antiqua sed ante non multum tempus exorta. Contra quam heresim cum fuisset diutius disputatum etiam ad concilia episcopalia novissima necessitate perventum est. Unde vobis non quidem omnia sed tamen aliqua legenda direxi. Nos ergo ad bene operandum spem non habeamus in homine firmantes carnem brachii nostri nec a domino discedat cor nostrum, sed ei dicat Adiutor meus esto ne derelinquas me neque despicias me deus salutaris meus. Proinde karissimi sicut superioribus testimoniis sanctarum scripturarum probavimus, ad bene vivendum et et recte agendum esse in homine liberum voluntatis arbitrium, sic etiam de gratia dei sine qua nihil boni agere possumus, que sint divina testimonia videamus. Ac primum de ipsa vestra professione aliquid dicamus, neque enim congregaret vos ista societas in qua contineti vivitis, nisi voluptatem coniugalem contempneritis. Huic autem domino loquenti cum dixissent discipuli si talis est causa hominis cum uxore, non expedit nubere. Respondit eis non omnes capiunt verbum hoc, sed quibus datum est. Numquid non liberum arbitrium Thimothei est exortatus apostolus dicens contine teipsum. Et in hac re potestatem voluntatis ostendit ubi ait, Non habens necessitatem, potestatem autem habens sue voluntatis ut servet virginitatem suam. Et tamen non omnes capiunt verbum hoc sed quibus datum est. Quibus enim non est datum, aut nolunt, aut non implent quod volunt. Quibus autem datum est, sic volunt ut impleant quod volunt. Itaque ut hoc verbum quod non ab omnibus capitur ab aliquibus capiatur, et dei donum est et liberum arbitrium. De ipsa quoque pudicitia coniugali nempe apostolus ait

S. ij.

Quod volt faciat, non peccat si nubat. Et tamen etiam hoc donum dei est dicente scriptura, a domino iungitur mulier viro. Ideo doctor gentium et pudicitiam coniugalem per quam non fiunt adulteria, et perfectiorem continentiam per quam nullus concubitus queritur, suo sermone commendans, et hoc et illud donum dei esse monstravit scribens ad Corinthios et admonens coniuges ne se invicem fraudent. Quos cum monuisset adiecit Vellem autem omnes homines esse sicut meipsum, quia utique ipse ab omni concubitu continebat. Et continuo subiunxit. Sed unusquisque proprium donum habet a deo. Alius sic, alius autem sic. Numquid tam multa que precipiuntur in lege dei ne fornicationes et adulteria committantur, indicant aliud quam liberum arbitrium. Neque enim preciperentur nisi homo haberet propriam voluntatem, qua divinis preceptis obediret, et tamen donum dei est, sine quo servari castitatis precepta non possunt. Unde ait ille in libro sapientie. Cum scirem quia nemo potest esse continens nisi deus det. Et hoc ipsum erat sapientie scire cuius esset hoc donum. Ut autem ista non fiunt casti et sancta mandata, Unusquisque temptatur a concupiscentia sua abstractus et illectus. Ubi si dixerit volo servare sed vincor a concupiscentia mea, Respondet scriptura libero eius arbitrio quod iam supra dixi Noli vinci a malo Sed vince in bono malum. Quod tamen ut fiat adiuvat gratia. Que nisi adiuvet nihil erit lex nisi virtus peccati. Augetur enim concupiscentia et maiores vires accipit lege prohibente, nisi adiuvet spiritus gratie. Hoc est quod dicit ille ipse doctor gentium. Aculeus autem mortis est peccatum, virtus vero peccati lex. Ecce unde dicit homo, volo legis servare mandatum, sed virtute concupiscentie mee vincor. Et cum voluntas eius convenitur et dicitur noli vinci a malo, quid ei prodest nisi gratia succurrente fiat quod ipse apostolus secutus adiunxit. Nam et cum dixisset virtus peccati lex, Continuo subiecit, gratias autem deo qui dat nobis victoriam per dominum nostrum Ihesum Christum. Ergo et victoria qua peccatum vincitur nihil est aliud quam dei donum in isto certamine adiuvantis liberum arbitrium. Propter quod dicit et celestis magister Vigilate et orate ne intretis in temptationem. Ergo unusquisque contra suam concupiscentiam dimicans oret ne intret in temptationem, id est ne sit ab illa abstractus et illectus. Non autem intrat in temptationem si voluntate bona vincat concupiscentiam malam. Nec tamen sufficit arbitrium voluntatis humane nisi a domino victoria concedatur oranti ne intret in temptationem. Quid vero evidentius quam dei ostenditur gratia ubi quod oratur accipitur. Si enim dixisset salvator noster vigilate ne intretis in temptationem, Admonuisse tantummodo videretur hominis voluntatem. Cum vero addidit et orate, ostendit deum adiuvare ne intret in temptationem. Dictum est libero arbitrio. Fili noli deficere a disciplina domini. Et dominus dicit. Ego rogavi pro te Petre ne deficiat fides tua. Homo ergo gratia iuvatur, ne sine causa eius voluntati iubeatur. Cum dicat deus, Convertimini ad me et convertar ad vos. Unum horum videtur esse nostre voluntatis, id est ut convertamur ad eum. Alterum vero ipsius gratie, id est ut etiam ipse convertatur ad nos. Ubi possunt putare pelagiani sua

pelagiani heretici liberum arbitrium anteponunt gratie divine, dicentes enim sufficere voluntatem hominis ad implenda divina precepta

Obtinente sententiam, qua dicit gratiam dei secundum merita nostra dari / Quod quidem in concilio
hoc est in provincia palestina in qua est civitas ierusalem, cum ipse pelagius ab
episcopis audiretur, non affirmare non ausus est / Nam inter cetera que illi obiecta sunt
et hoc obiectum est, quod diceret gratiam dei secundum merita nostra dari / Quod sic alienum
est a katholica doctrina et inimicum gratie christi, ut nisi hoc obiectum sibi anathe-
matizasset, ipse inde anathematizatus exisset / Sed fallaciter eum anathema-
tizasse posteriores eius indicant libri / In quibus omnino nichil aliud defendit quam
gratiam dei secundum merita nostra dari / Talia ergo de scripturis colligunt, quale est hoc
unum quod paulo ante dixi / Convertimini ad me et convertar ad vos / Ut secundum meritum
conversionis nostre ad deum detur gratia eius, in qua ad nos et ipse convertitur / Nec
attendunt qui hoc sentiunt, quia nisi donum dei esset, etiam ipsa ad deum conversio,
non ei diceretur, Deus virtutum converte nos / Et deus tu convertens vivificabis nos /
Et converte nos deus sanitatum nostrarum et huiusmodi alia que commemorare longum est /
Nam et venire ad christum quid est aliud nisi ad eum credendo converti / Et tamen ait
Nemo potest venire ad me nisi datum fuerit ei a patre meo / Item quod scriptum est
in libro ii. paralipomenon Dominus vobiscum cum vos estis cum eo / Et si quesieritis
eum invenietis / Si autem reliqueritis eum derelinquet vos / Manifestat quidem
liberum voluntatis arbitrium / Sed illi qui dicunt gratiam dei secundum merita nostra dari.
Ista testimonia sic accipiunt, ut dicant meritum nostrum in eo esse quod sumus cum deo,
eius autem gratiam secundum hoc meritum dari, ut sit et ipse nobiscum / Item meritum
nostrum in eo esse quod querimus deum / Et secundum hoc meritum dari eius graciam
ut inveniamus eum / Et in libro primo quod dictum est / Et tu salomon fili mi
cognosce deum et servi ei in corde perfecto et anima volente, quia omnia corda
scrutatur dominus et omnem cogitationem mentium novit / Si quesieris eum invenietur
tibi / Et si dimiseris eum, repellet te in perpetuum / Declarat voluntatis arbitrium /
Sed illi in eo ponunt meritum hominis quod dictum est et invenietur tibi / Et
omnino habeant contendunt ostendere dei gratiam secundum merita nostra dari / hoc est gratiam non
esse gratiam / Quibus enim secundum meritum redditur, non imputatur merces secundum gratiam
sed secundum debitum sicut apertissime dicit apostolus / Meritum enim non fuit quidem in apostolo paulo
sed malum quando persequebatur ecclesiam dei / Unde dicit Non sum ydoneus vocari apostolus
quia persecutus sum ecclesiam dei / Cum ergo haberet hoc meritum malum, Redditum est ei bonum
pro malo / Ideo quod secutus adiunxit / Gratia dei sum quod sum / Atque ut ostenderet
et liberum arbitrium mox addidit / Et gratia eius in me vacua non fuit, sed plus omnibus
illis laboravi / Hoc enim liberum arbitrium hominis exhortatur, et in aliis quibus dicit / Rogamus
Ne in vacuum gratiam dei suscipiatis / Ut quid enim rogat, si gratiam sic susceperunt
ut propriam perderent voluntatem / Tamen ne ipsa voluntas sine gratia dei putaretur
boni aliquid posse, continuo cum dixisset Gratia eius in me vacua non fuit
sed plus omnibus illis laboravi, subiunxit atque ait / Non ego autem sed gratia dei mecum

7. y. Id est non solus sed gratia dei mecum/ Ac per hoc/ nec gratia dei sola/ nec ipse
solus/ sed gratia dei cum illo/ Ut autem de celo vocaretur/ et tam magna et
efficacissima vocatione converteretur gratia erat sola/ quia merita eius erant magna
sed mala/ Denique et alibi dicit ad Thymotheum/ Collabora ewangelio secundum
virtutem dei salvos nos facientis et vocantis vocatione sua sancta/ Non
secundum opera nostra/ sed secundum suum propositum et gratiam que data est nobis in christo
ihesu/ Item merita sua sed mala commemorans dicit/ Fuimus enim stulti et nos
aliquando et increduli errantes servientes desideriis et voluptatibus variis · in
malicia et invidia agentes · abhominabiles invicem odio habentes/ Quid istis
tam malis meritis nisi pena utique debebatur/ sed deo reddente bona pro malis
per gratiam que non secundum merita nostra datur/ factum est quod deinde subiungit et dicit
/ Cum autem benignitas et humanitas illuxit salvatoris nostri dei non ex operibus
iusticie que nos fecimus sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit per lavacrum
regenerationis et renovationis spiritus sancti quem ditissime effudit super nos
per ihesum christum salvatorem nostrum ut iustificati ipsius gratia heredes efficiamur
secundum spem vite eterne/ Hiis et talibus testimoniis divinis probatur gratia dei
non secundum merita nostra dari/ Cum quidem non solum nullis bonis/ verum etiam multis meritis
malis precedentibus videmus datam/ Et cottidie videmus dari/ Sed plane cum data
fuit/ incipiunt etiam merita nostra bona per illam tamen/ Nam si illam subtraxerit
cadit homo non erectus sed precipitatus libero arbitrio/ Quapropter nec quando ceperit
homo habere merita bona sibi debet tribuere sed deo cui dicitur in psalmo Adiutor
meus esto ne derelinquas me/ Dicendo/ ne derelinquas me ostendit quod si derelictus
fuerit nichil boni valet ipse per se/ Unde et ille ait Ego dixi in habundancia mea
non movebor in eternum/ Putaverat enim suum fuisse bonum quod ei sic habundabat
Ut non moveretur/ Sed ut ostenderetur illi cuius esset bonum de quo tamquam suo ceperat
gloriari paululum gratia deserente admonitus dicit/ Domine in voluntate tua prestitisti
decori meo virtutem/ Avertisti autem faciem tuam et factus sum conturbatus/ Ideo
necessarium est homini/ ut gratia dei non solum iustificetur impius · i · ex impio fiat iustus
Cum redduntur ei bona pro malis/ sed etiam cum fuerit iam iustificatus ex fide ambulet
cum illo gratia et incumbat super ipsam ne cadat/ Propter hoc scriptum est in cantico canticorum
de ipsa ecclesia Que est ista que ascendit dealbata incumbens super fratruelem
suum/ Dealbata est enim que per se ipsam alba esse non posset/ Et a quo dealbata
est nisi ab illo qui per prophetam dicit/ Si fuerint peccata vestra ut coccinum sicut nivem
dealbabo/ Cum ergo dealbata est nichil boni merebatur/ Iam vero alba facta
bene ambulat/ sed si super eum a quo dealbata est perseveranter incumbat/ Propter quod
et ipse ihesus super quem incumbit dealbata dixit discipulis suis/ Sine me nichil
potestis facere/ Ergo redeamus ad apostolum paulum/ quem certe invenimus sine ullis
meritis bonis/ ymmo cum multis meritis malis/ dei gratiam consecutum reddentis bona

Pro malis videamus quid dicat sua iam propinquante passione scribens ad Thy
motheum / Ego enim iam immolor (delibor) inquit / Et tempus resolutionis mee instat / Bonum
certamen certavi cursum consummavi fidem servavi / Ista utique iam merita sua bona
commemorat ut post bona merita consequatur coronam / qui post mala merita
consecutus est gratiam / Denique attendite quid sequatur / Superest mihi inquit corona
iustitie quam reddet michi dominus in illa die iustus iudex / Cui redderet coronam
iustus iudex si non donasset gratiam misericors pater / Et quomodo esset ista corona iustitie
nisi precessisset gratia que iustificat impium / quomodo ista debita redderetur nisi prius
illa gratuita donaretur / Sed illi dicunt pelagiani hanc esse solam non secundum merita
nostra gratiam qua homini peccata dimittuntur / Illam vero que datur in fine id est eternam
vitam meritis nostris precedentibus reddi / Respondendum est eis / Si enim merita nostra sic
intelligerent ut etiam ipsa dona dei esse cognoscerent / non esset reproba ista sententia /
Cum vero merita humana sic predicant / ut ea ex semetipso habere hominem dicant.
prorsus rectissime respondet apostolus Quis enim te discernit / Quid autem habes quod non acce-
pisti / Si autem et accepisti quid gloriaris quasi non acceperis / Prorsus talia cogitanti
verissime dicitur / Dona sua coronat deus non merita tua / Si tibi a teipso non
ab illo sunt merita tua / Hec enim si talia sunt que non coronat deus / Si autem bona sunt
dona dei sunt / Quia sicut dicit apostolus Jacobus Omne datum optimum et omne
donum perfectum desursum est descendens a patre luminum / Unde dicit et Johannes precursor
domini Non potest homo accipere quidquam nisi fuerit ei datum de celo utique de celo / Unde
et venit spiritus sanctus quando ihesus ascendit in altum captivavit captivitatem
dedit dona hominibus / Si ergo dei dona sunt bona merita tua / non deus coronat
merita tua tamquam merita tua sed tamquam merita sua / Proinde consideremus ipsa
merita apostoli pauli quibus dixit Coronam redditurum iudicem iustum / Et videamus
utrum merita ipsius tamquam ipsius id est ex ipso ei comparata an dona sint dei / Bonum
inquit certamen certavi cursum consummavi fidem servavi / Primo ista bona opera si non
ea precessissent cogitationes bone nulla essent / Attendite igitur quid de ipsis
cogitationibus dicat Ait enim scribens ad Corinthios / Non quia ydonei sumus
cogitare aliquid tamquam ex nobis metipsis sed sufficientia nostra ex deo est / Deinde
singula inspiciamus / Bonum inquit certamen certavi / Quero qua virtute certavit / utrum que
illi ex semetipso fuit / an que desuper data sit / Sed absit ut tantus doctor gratiam
ignoraverit legem dei cuius vox est in deuteronomio / Ne dicas in corde tuo fortitudo
mea / Et potentia manus mee fecit michi virtutem magnam hanc / Sed memoraberis domini
dei tui quia ipse tibi dat fortitudinem facere virtutem / Quid enim prodest bonum certamen
nisi sequatur victoria / Et quis dat victoriam nisi ille de quo dicit ipse / Gratias deo
qui dat nobis victoriam per dominum nostrum ihesum christum / Et alio loco cum commemo-
rasset testimonium de psalmo / Quoniam propter te mortificamur tota die / deputati sumus
ut oves occisionis / subiecit atque ait / Sed in hiis omnibus supervincimus per eum qui

L. ij.

Dilexit nos. Non ergo quia nos prius eum, quia dilexit nos. Deinde dixit: Cursum consummavi.
Sed ille hoc dixit qui alio loco dicit: Igitur non volentis neque currentis sed miserentis
est dei. Que sententia nullo modo potest etiam sic converti ut dicatur: Non miserentis dei
sed volentis et currentis est hominis. Quisquis enim hoc ausus fuerit dicere, apertissime
se ostendit apostolo contradicere. Postremo dixit: Fidem servavi. Sed ille hoc dixit qui
alibi ait: Misericordiam consecutus sum ut fidelis essem. Non enim dixit: Misericordiam consecutus sum
quia fidelis eram, sed ut fidelis essem. Hinc ostendens etiam ipsam fidem haberi nisi
deo miserante non posse et esse donum dei. Quod apertissime docet dicens:
Gratia salvi estis facti per fidem, et hoc non ex nobis sed dei donum est. Possent enim
dicere: Ideo accepimus dicere gratiam quia credidimus, tanquam sibi fidem tribuentes,
gratiam deo. Propter hoc apostolus cum dixisset per fidem, Et hoc inquit non ex nobis sed dei donum
est. Rursus ne dicerent se suis operibus donum tale meruisse, continuo subiecit: Non
ex operibus, ne forte quis extollatur. Non quia negavit aut evacuavit opera
bona cum dicat deus unicuique reddere secundum opera eius, sed quia opera ex fide sunt,
non ex operibus fides. Ac per hoc ab illo sunt nobis opera iustitie a quo est ipsa fi-
des, de qua dictum est: Iustus ex fide vivit. Homines autem non intelligentes
quod ait ipse apostolus: Arbitramur iustificari hominem per fidem sine operibus legis,
putaverunt eum dicere sufficere homini fidem, etiam si male vivat et opera bona
non habeat. Quod absit ut sentiret vas electionis, qui cum dixisset quodam loco:
In Christo Iesu neque circumcisio aliquid valet neque preputium, mox addidit: Sed fides
que per dilectionem operatur. Ipsa est fides que fideles dei separat ab immundis demonibus.
Nam et ipsi sicut dicit Iacobus apostolus credunt et contremiscunt, sed non bene operantur.
Non ergo habent istam fidem ex qua iustus vivit, id est que per dilectionem operatur, ut red-
dat ei deus eternam vitam secundum opera eius. Sed quia et ipsa bona opera nobis ex
deo sunt, a quo nobis et fides est et dilectio, propterea idem ipse doctor gentium
etiam ipsam vitam eternam gratiam nuncupavit. Et nascitur inde non parva questio
que domino donante solvenda est. Si enim vita eterna bonis operibus redditur
sicut apertissime dicit scriptura: Quoniam deus reddet unicuique secundum opera eius,
~~Sed quia opera ex fide sunt non ex operibus.~~ Quomodo gratia est vita eterna, cum gratia non
operibus reddatur sed gratis detur, ipso apostolo dicente: Ei qui operatur merces non
imputatur secundum gratiam sed secundum debitum. Et iterum: Reliquie inquit per electionem gratie salve
facte sunt. Et mox addidit: Si autem gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia
iam non est gratia. Quomodo est gratia vita eterna que ex operibus sumitur? An forte vitam
eternam non dixit apostolus gratiam? Immo vero sic dixit ut negari omnino non possit.
Nec intellectorem acutum sed tantummodo intentum desiderat auditorem. Cum enim dixisset
Stipendium peccati mors, continuo subdidit: Gratia autem dei vita eterna in Christo
Iesu domino nostro. Ista ergo questio nullo modo mihi videtur posse dissolvi nisi intelligamus
et ipsa bona opera nostra quibus eterna redditur vita ad dei gratiam pertinere.

m· ij·

Propt̃ illud quod ait dn̄s / Sine me nichil potestis facẽ / Et ipe aplus
cu dixisset / Gr̃a salui facti estis per fidem / Et hoc no ex vobis s3 dei donu ẽ /
Non operibus / nefortte quis extollat / vidit utiq3 putare posse homies hoc ita
dictu quasi nccia nō sint opa bona credentibȝ / s3 eis fides sola sufficiat ·
/ Et rursus posse homies de bonis operibus extolli / velud ad ea facienda sibi
sufficiant / Mox itaq3 addidit / Ipius em̄ sum3 figmentu creati in xpo ihu
in opibus bonis que p̃pauit deus ut in illis ambulem3 / Quid ẽ qd cu dei
gr̃am comendans dixisset ñ ex opibus / nefortte quis extollatur / Cur hoc dixit
rone reddens / Ipius em̄ sum3 inqt figmetu creatu in xpo ihu ī opibȝ bo-
/ Quo ergo no ex opibus nefortte quis extollatur / Sed audi et intellige /
no ex opeibus dictu tanqua tuis ex teipo tibi existentibȝ / s3 tanqua hijs
in quibus te deus finxit · i · formauit et creauit / hoc em̄ ait̃ Ipius sum3 ait /
figmetu c̃ati in xpo ihu in opibus bonis / Non illa creatoe qua homies
facti sum3 sed ea de qua ille dicebat qui utiq3 iam homo eẽt / Cor mundu
crea in me deus / Et de qua dicit aplus / Si qua igit̃ in xpo noua c̃atura vetera
tñsierut / Ecce facta sunt noua / Omia aut ex deo fingim̃ g° · i · formam̃ et
cream̃ in opibus suis bonis que no p̃pauim̃ nos s3 p̃pauit deus vt in illis
ambulem3 / Itaq3 kmi / uita bona nr̃a nichil ẽ aliud qua dei gr̃a sine dubio /
/ et uita et̃na que bone uite redditur dei gr̃a est / Et ipa em̄ gratis dat̃ quia
gratis data est illa cui d3 / S3 illa cui datur tm̄° gr̃a est / hec aut q̃ illi dat̃
qm̄ p̃miu eius est gr̃a est pro gr̃a / tanqua merces pro iusticia / ut veru sit
qm̄ veru est / quia reddet vnicuiq3 deus scdm opa eius / Veru aut legim3
in libris sanctis gr̃am pro gr̃a / forsitan queritis / sed h̃etis evangeliu scdm
Iohem tanta luce clarissim3 / vbi Iohes baptista de xpo dicit / Nos omes
ex plenitudine eius accepim3 / et gr̃am p gr̃a / Ex eius itaq3 plenitudie acce-
pim3 pro modulo nr̃o / tanqua pticulas nr̃as / vt bene viuam3 / sicut deus
ptitus ẽ mensura fidei / quia vnusquisq3 ppu donu habet a deo / Alius sic ·
alius autem sic / Et ipa gr̃a est / Et insup accipiem3 et gr̃am p gr̃a / Cu
nobis uita et̃na reddetur / de qua dixit aplus / Gr̃a aut dei uita et̃na ī
xpo ihu domino nr̃o / Cu primo dixisset / Stipendiu pcti mors / merito em̄
stipendiu qr milicie dyabolice mors et̃na tanqua debitu reddit̃ / vbi cu
posset dicere et recte dicẽ / Stipendiu aut iusticie uita et̃na maluit dicere /
Gr̃a aut dei uita et̃na / ut hoc intelligerem3 no p meritis nr̃is deu nos
ad et̃na uita / s3 p sua misacoe pducẽ / De quo in psalmo dicit / Aĩe eius ait̃
Qui coronat te misacoe et mia / Nuquid no corona bonis opibȝ reddi̊
s3 quia ipa bona opa ille in bonis opatur / de quo dictu ẽ / Deus est
em̄ qui opat̃ in nobis et velle et opari p bona uolutate / Ideo dixit ps
Coronat te in misacoe et mia / qr eius misacoe bona opam̃ quibus
corona redditur / Non em̄ qr dixit / deus ẽ em̄ qui opat̃ ī nob̃ et velle et ·

n ij Operari pro bona voluntate) ideo dixit psalmus Donat te in misericordia et misericordia
quia eius misericordia bona operantur quibus bona reddit. Non enim quia dixit deus
est enim qui operatur in nobis et velle et operari pro bona voluntate ideo liberum
arbitrium abstulisse putandus est. Quod si ita esset non superius dixisset cum timore
et tremore vestram ipsorum salutem operamini. Cum enim iubetur ut operentur liberum
eorum conveniunt arbitrium. Sed ideo cum timore et tremore ne sibi tribuendo quod
bene operantur de bonis tamquam de suis extollantur operibus tamquam ergo interrogaret
apostolus et diceretur quare dixisti in timore et tremore horum verborum
rationem reddidit dicens. Deus est enim qui operatur in nobis. Si enim timetis et
tremitis non extollimini tamquam de vestris operibus bonis quia deus operatur in nobis.
Itaque fratres debetis quidem per liberum arbitrium non facere mala et facere bona. Hoc enim nobis
lex dei precipit in libris sanctis sive veteribus sive novis. Sed legamus et adiuvante
domino intelligamus apostolum dicentem quia non iustificabitur ex lege omnis caro
coram ipso. Per legem enim cognitio peccati. Cognitio dixit non consummatio. Cum autem
cognoscit homo peccatum si non adiuvat gratia ut cognitum caveat sine dubio lex
iram operatur. Quod alio loco ipse apostolus dicat. Ipsius enim verba sunt: Lex iram
operatur. Hoc autem dixit quia ira dei maior est in prevaricatore qui per legem cognoscit
peccatum et tamen facit. Talis quippe homo prevaricator est legis sicut et in alio
loco dicit. Ubi enim lex non est nec prevaricatio. Propter hoc et alibi ait Ut serviamus
in novitate spiritus et non in vetustate littere. Legem volens intelligi littere
vetustatem. Novitate vero spiritus quid nisi gratiam. Et ne putaretur accusasse
legem vel reprehendisse continuo sibi opposuit questionem et ait. Quid ergo dicemus
Lex peccatum est. Absit. Deinde subiunxit. Sed peccatum non cognovi nisi per legem. Hoc est
quod dixerat per legem cognitio peccati. Nam concupiscentiam nesciebam nisi lex diceret
non concupisces. Occasione autem accepta (precepta) peccatum per mandatum operatum in me omnem concupiscentiam.
Sine lege enim peccatum mortuum est. Ego autem vivebam aliquando sine lege.
Adveniente autem mandato peccatum revixit. Ego autem mortuus sum et inventum
est michi mandatum quod erat in vita hoc esse in mortem. Peccatum enim occasione
accepta per mandatum fefellit me et per illud occidit. Itaque lex quidem sancta
et mandatum sanctum et iustum et bonum. Quod ergo bonum est michi factum est mors?
Absit. Sed peccatum ut appareat peccatum per bonum michi operatum est mortem ut fiat
supra modum peccatorum aut peccatum per mandatum. Et ad Galathas dicit. Scientes
autem quoniam non iustificatur homo ex operibus legis nisi per fidem Ihesu Christi.
Et nos in Christo Ihesu credidimus ut iustificemur ex fide Christi et non ex operibus
legis quoniam ex operibus legis non iustificabitur omnis caro. Quid est ergo
quod vanissimi homines et perversissimi pelagiani legem dicunt esse dei gratiam
qua iuvamur. Quid est miseri quod dicunt. Qui sine ulla dubitatione tanto
apostolo contradicunt. Ille dicit peccatum vires adversus hominem accepisse per legem
et eum per mandatum quamvis sanctum et iustum et bonum tamen occidere et per bonum

Oparet ei mortem de qua no liberaretur nisi viuificaret / Spus em qz lra
occidebat / sicut alio loco dicit / littera occidit / Spus aute viuificat / Et isti
incredules gra dei lucem tegi / et contra vocem dei surdi / occidentem
litteram viuificate dicunt / et viuificanti spui contradicunt / Ergo fres et spus
potius apli verbis vos moneo / Debitores sumus no carni vt scdm
carnem viuamus / Si em scdm carne vixeritis moriemini / Si aut spu
actiones carnis mortificaueritis viuetis / Hoc dixi ut aptis verbis libm
ar. vrm a malo deterrerem et exhortarer ad bonum / Nec tame ideo
debetis in homine hoc est in vobis ipsis no in domino gloriari / qn no scdm
carne viuitis s3 spu actiones carnis mortificatis / vt em se no extollerent
quibus ista dicebat existimantes se suo spu tanta hec bona opa facere
posse no dei spu cu dixisset / Si aut spu actiones carnis mortificaueritis
viuetis / Continuo subiecit / Quotquot em spu dei aguntur hy filii sut dei / Cum
ergo spu actiones carnis mortificatis vt viuatis / illum glorificate illum
laudate / illi gras agite cuius spu agimini vt ista valeatis vt vos filios
dei esse monstretis / Quotquot em spu dei aguntur hy filii sunt dei / Quotquot
ergo adiuncto solo adiutorio legis sine adiutorio gre confidentes in virtute
sua suo spu aguntur no sunt filii dei / Tales sut de quibus idem dicit aplus
Qui ignorantes dei iusticiam et suam volentes constitue / iusticie dei no sut
subiecti / De iudeis hoc dixit / qui de se presumentes gram repellebant et
in xpm propterea no credebant / suam vero iusticiam dicit · eos volentes constitue
que iusticia est ex lege / Non quia lex ab ipsis e constituta / Sed in lege
q ex deo est suam iusticiam constituerant / qn eandem legem suis viribus se
implere posse credebant / Ignorantes dei iusticiam no qua iustus deus ·
iustus e sed iusticiam e hominis ex deo vt sciatis hanc illu coz dixisse iusti
ciam que e ex lege hanc aut dei que homini e ex deo / Audite quid
alio loco dicat cu de xpo loqueretur propter que omnia inquit no solu det-
menta esse credidi / verum etiam stercora existimaui esse ut xpm lucrifaciam
/ Et inueniar in illo No hns meam iusticiam que ex lege e cu sua no esset
lex ipa sed dei / nisi quod suam dixit iusticiam quamvis ex lege esset quia sua volunte
legem se posse putabat implere sine adiutorio gre que e per fidem xpi /
Ideo cu dixisset no hns meam iusticiam que ex lege e statim adiunxit ·
Sed eam que est per fidem xpi que e ex deo hanc ignorabat / de quibus
ait ignorantes dei iusticiam · i · que e ex deo / hanc em dat no lra occidens
s3 viuificans spus / Et suam volentes constitue qua dixit ipse ex lege iusticiam
cu diceret no hns meam iusticiam que ex lege e iusticie dei no sut subiecti /
hoc est gre dei no sunt subiecti Sub lege em erat no sub gra / Et io
eis dominabatur peccatum / a quo no fit homo liber lege s3 gra / propter quod alibi dicit

p. ii

Peccatum nobis non dominabitur / Non enim estis sub lege sed sub gratia / Non quia lex
mala est / sed quia sub illa sunt quos reos facit iubendo non adiuuando
Gratia quippe adiuuat ut legis quisque sit factor / sine qua gratia sub lege positus
tantummodo erit legis auditor / Talibus itaque dicit / Qui in lege iustificamini a
gratia excidistis / Quis ergo ita sit surdus aduersus apostolicas uoces Quis ita
desipiat ymmo insaniat nesciens quid loquatur ut audeat dicere legem esse
gratiam / cum clamet qui sciebat quid loqueretur Qui in lege iustificamini a
gratia excidistis. Si autem lex non est gratia / quia ut ipsa lex fiat non potest adiuuare
lex sed gratia / Nam et hii pelagiani ausi sunt dicere gratiam esse naturam / in qua
sic creati sumus ut habeamus mentem racionalem qua intelligere valeamus
facti ad ymaginem dei ut dominemur piscibus maris et uolucribus celi et omnibus
pecoribus que repunt super terram / sed non hec est gratia quam commendat apostolus
per fidem ihesu christi / Hanc enim naturam etiam cum impiis et infidelibus commune est
nobis esse quem / Gratia uero per fidem ihesu christi eorum tantummodo est. quorum est ipsa fides
Non enim omnium est fides / Denique sicut eis qui volentes iustificari a gratia exciderunt
verissime dicit / Si ex lege iusticia / ergo christus gratis mortuus est / Sic et hiis
qui gratiam quam commendat et percipit fides christi / putat esse naturam verissime
dicitur / Si ex natura iusticia ergo christus gratis mortuus est / Iam enim hic erat
et natura et non iustificabat / Ideo christus non gratis mortuus est / Vt et lex
per illum impleretur / qui dixit Non veni legem soluere sed implere / Et natura per adam
perdita per illum repararetur / Qui dixit venisse se querere et saluare quod perierat
In quem uenturum antiqui etiam patres crediderunt qui diligebant deum / Dicunt n
Gratiam dei que data est per fidem ihesu christi que neque lex est neque natura / Ad hoc
tantum valere ut peccata preterita dimittantur. non ut futura uitentur uel repugnata
superentur / Quod si hoc verum esset utique in oratione dominica cum dixissemus dimitte nobis
debita nostra. sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. non adderemus Et ne nos inducas in temptationem
Illud enim dicimus ut peccata dimittantur / hoc autem ut caueantur siue vincantur / Quod a
patre qui in celis est nulla racione peteremus si uirtute uoluntatis humane
hoc possemus efficere / Commoneo autem caritatem vestram et multum exhortor.
Vt beati cipriani librum quem scripsit de oratione dominica diligenter legatis / Et quantum
vos dominus adiuuauerit intelligatis memorieque mandetis / Ibi uidebitis.
quemadmodum sic alloquatur liberum arbitrium eorum quos scriptione sui sermonis edificat
ut ostendat tamen ea que implenda iubentur in lege in oratione esse poscenda
quod utique vanissime fieret si ad illa agenda sine diuino adiutorio voluntas
humana sufficeret / Sed cum fuerint conuicti non defensores sed inflatores et precipi
tatores liberi arbitrii / Quia neque sciencia diuine legis neque natura neque sola
remissio peccatorum est illa gratia que per ihesum christum dominum nostrum datur / Sed ipsa facit
ut lex impleatur ne peccatum dominetur / Cum ergo in hiis conuicti fuerint ad hoc se conuertunt

Ut quocumque modo conentur ostendere gratiam dei secundum merita nostra dari. Dicunt enim
et si non datur secundum merita bonorum operum quia per ipsam bene operamur.
tamen secundum merita bone voluntatis datur quia bona voluntas inquiunt
precedit orantis quam precessit voluntas credentis ut secundum hec merita gratia
sequatur exaudientis dei. Iam quidem de fide hoc est de voluntate credentis
superius disputavi usque adeo eam demonstrans ad gratiam pertinere ut apostolus non
diceret misericordiam consecutus sum quia fidelis eram sed diceret misericordiam consecutus sum
ut fidelis essem. Sunt et alia testimonia in quibus est quod ait Sapite
ad temperantiam sicut unicuique partitus est mensuram fidei. Et quod iam commemoravi
ni gratia salvi facti estis per fidem et hoc non ex vobis sed dei donum est. Et illud
quod scripsit ad Ephesios pax fratribus et caritas cum fide a deo patre et domino
Ihesu Christo. Et illud ubi ait quia vobis donatum est pro Christo non solum ut credatis
in eum sed etiam ut patiamini pro eo. Utrumque ergo ad dei gratiam pertinet et
fides credentium et tollerantia patientium quia utrumque dixit esse donatum.
et illud maxime ubi dicit Habentes autem eundem spiritum fidei. Non enim ait scientiam
fidei sed spiritum fidei quod ideo dixit ut intelligeremus quod fides et non petita datur
ut ei petenti alia concedantur. Quomodo enim invocabunt inquit in quem non credi-
derunt. Ergo spiritus gratie facit ut habeamus fidem ut per fidem impetremus orando
ut possimus facere que iubemur. Ideo ipse apostolus assidue legi preponit fidem. Quoniam
quod lex iubet facere non valemus nisi per fidem rogando impetremus ut facere
valeamus. Nam si fides liberi est tantummodo arbitrii nec datur a deo, propter quid pro eis
qui nolunt credere oramus ut credant. Quod prorsus faceremus inaniter
nisi rectissime crederemus etiam perversas et fidei contrarias voluntates omnipotentem
deum ad credendum posse convertere. Liberum quidem arbitrium hominis pulsatur.
ubi dicitur Hodie si vocem eius au. no. ob. cor. vestra. Sed nisi posset deus etiam
duritiam cordis auferre non diceret per prophetam Auferam ab eis cor lapideum.
et dabo eis cor carneum. Quod de novo testamento fuisse predictum satis.
apostolus ostendit ubi ait Epistola nostra vos estis scripta non atramento sed spiritu dei
vivi Non in tabulis lapideis sed in tabulis cordis carnalibus. Quod non ideo
dictum putemus ut carnaliter vivant qui debent spiritualiter sed quia lapis sine
sensu est cui comparatum est cor durum cui nisi carnem sencienti cor intelligens
debuit comparari. Sic enim hoc dicitur per Ezechielem prophetam. Et dabo eis igitur
cor aliud et spiritum novum dabo eis. Et evellam cor lapideum de carne eorum
et dabo eis cor carneum ut in preceptis meis ambulent et iustificationes
meas observent et faciant eas. Et erunt michi in populum. Et ego ero
eis in deum dicit dominus. Numquid ergo possumus nisi absurdissime dicere
bonum meritum bone voluntatis in homine precessisse ut avelleretur ab eo cor la-
pideum. Cum quidem ipsum cor lapideum non significat nisi durissimam voluntatem

Et adversus deum omnino inflexibile / ubi enim precedit bona voluntas iam non
utique cor lapideum / Nam et alio loco per eundem prophetam deus manifestissime
ostendit non propter eorum aliquam bonam voluntatem sed propter nomen suum ista facere ubi
ait / Non propter vos facio ego domine israel / sed propter nomen meum sanctum quod prophanastis
in gentibus quas intrastis illuc / Et sanctificabo nomen meum magnum quod
prophanatum est in gentibus quod prophanastis in medio eorum / Et scient gen-
tes quia ego sum dominus dicit adonay dominus / Cum sanctificatus fuero in vobis an[te]
oculos eorum / et accipiam vos de gentibus et congregabo vos ex omnibus terris
et inducam vos in terram vestram / et aspergam vos aqua munda et mundabi-
mini ab omnibus inmundiciis vestris / Et ab omnibus ydolis vestris mundabo vos
/ Et dabo vobis cor novum et spiritum novum dabo in vobis / Et auferam cor lapideum
de carne vestra / Et dabo vobis cor carneum et spiritum meum dabo in vobis et
faciam ut in iustificationibus meis ambuletis et iudicia mea observetis
et faciatis / Quis ita sit cecus ut non videat / Quis ita lapideus ut non
sentiat istam graciam non secundum merita bone voluntatis dari domino dicente
atque testante / Ego facio israel propter nomen meum sanctum / Quare enim dixit ego facio
sed propter nomen meum sanctum / Nisi ne illi putarent propter suam bonam voluntatem suam fieri
/ Quod non erubescat dicere pelagianis / Non solum autem bona merita eorum nulla
verum eciam mala merita precessisse demonstrat dicendo / Sed propter nomen meum sanctum
quod prophanastis in gentibus / Quis non videat horrendum malum esse / nomen
sanctum domini prophanare / Et tamen propter ipsum nomen meum inquit quod prophanastis vos
ego faciam bonos / non propter vos / et sanctificabo inquit nomen meum magnum
Quod prophanatum est in gentibus quod prophanatum est in medio eorum / Sanctificare
se dicit nomen eorum sanctificare se dicit nomen suum quod superius dixerat sanctum
/ Hoc est ergo quod oratione dominica dicentes / Sanctificetur nomen
tuum ut sanctificetur in hominibus quod per se ipsum sine dubio semper est sanctum
Deinde sequitur / Et scient omnes gentes quoniam ego sum dominus dicit adonay
dominus Cum sanctificatus fuero in vobis / Cum ergo semper ipse sit sanctus sanctificatur
tamen eis quibus largitur graciam suam Auferendo ab eis cor lapideum
per quod nomen domini prophanabant / Ne autem putetur nihil ibi facere ipsos
homines per liberum arbitrium. Ideo dicitur in psalmo Nolite obdurare cor[da] vestra.
Et per ipsum Ezechielem / Proicite a vobis omnes impietates vestras quas impie
egistis in me et facite vobis cor novum et facite omnia mandata mea
/ Ut quid moriemini domus israel dicit dominus / Quia nolo mortem morientis
dicit adonay dominus et convertimini et vivetis / Meminerimus eum dicere Et convertimini
et vivetis / Cui dicitur Converte nos deus / Meminerimus dicere eum Proicite a vobis
omnes impietates vestras cum ipse iustificet impium / Meminerimus eum dicere
Facite vobis cor novum et spiritum novum qui dicit / Dabo vobis cor novum
et spiritum novum dabo vobis / Quomodo ergo qui dicit facite vobis hoc dicit dabo vobis

Quae iubet ipse daturus est. Quae dat ipse factus est, nisi quia dat quod
iubet. Cum adiuvat ut faciat qui iubet. Semper est autem in nobis voluntas libera
sed non semper est bona. Aut enim a iustitia libera est quando servit iniustitiae et tunc
est bona. Gratia vero dei semper est bona et per hanc fit ut sit homo bone vo-
luntatis qui prius fuit voluntatis male. Per hanc etiam fit ut ipsa bona
voluntas que iam esse cepit augeatur, et tam magna fiat ut possit implere
divina mandata que voluerit cum valde perfecteque voluerit. Ad hoc enim valet
quod scriptum est Si volueris conservabis mandata, ~~ut homo~~ ut homo qui voluerit
et non potuerit nondum se plene velle cognoscat, et oret ut habeat tantam vo-
luntatem quanta sufficiat ad implenda mandata. Sic quippe adiuvatur ut fa-
ciat quod iubetur. Tunc enim utile est velle cum possumus. Et tunc utile est
posse cum volumus. Aut quod possumus nolumus. Magnum aliquid se scire
pelagiani putant quando dicunt non iuberet deus quod sciret non posse ab homine
fieri. Quis hoc nesciat, sed ideo iubet aliqua que non possumus ut noverimus
quid ab illo petere debeamus. Ipsa est enim fides que orando impetrat quod
lex imperat. Denique ipse qui dixit Si volueris conservabis mandata.
In eodem libro ecclesiastico aliquanto post dicit. Quis dabit in ore meo
custodiam, et super labia mea signaculum astutum. Ne forte cadam ab ea et
lingwa mea perdat. Iam certe mandata acceperat. Cohibe lingwam tuam a
malo et labia tua ne loquantur dolum. Cum ergo verum sit quod dixit Si
volueris conservabis mandata, quare querit in ore suo dari custodiam.
Similis ei qui dicit in psalmo. Pone domine custodiam ori meo. Non enim sufficit
mandatum dei et voluntas sua, quando quidem si voluerit servabit mandata.
Quam multa dei mandata sunt contra superbiam. Iam noverat ea. Si voluerit con-
servabit ea. Quare ergo paulo post dicit. Domine pater et deus vite mee
elacionem oculorum ne dederis michi. Iam dixerat ei lex. Non concupisces.
Velit ergo et faciat quod iubetur quoniam si voluerit conservabit mandata. Quare
sequitur et dicit. Concupiscentiam averte a me. Contra luxuriam deus quam multa
mandavit faciat ea quia si voluerit conservabit mandata. Quid est quod
clamat ad deum. Ventris appetitus et concubitus ne apprehendant me. Si hoc ei
in presenti diceremus. Rectissime nobis responderet et diceret. Ex ista oratione mea qua
hoc a deo peto intelligite quomodo dixerim. Si volueris conservabis mandata. Certum nō
est enim nos mandata servare si volumus, sed quia preparatur voluntas a domino,
ab illo petendum est ut tantum velimus quantum sufficiat ut volendo faciamus.
Certum est nos velle cum volumus, sed ille facit ut velimus bonum. De quo
dictum est quod paulo ante posui preparatur voluntas. De quo dictum est a domino
gressus hominis dirigentur et viam eius volet. De quo dictum est deus qui operatur
in nobis et velle. Certum est nos facere cum facimus, sed ille facit ut faciamus prebendo

Vires efficacissimas voluntati qui dixit faciam ut in iustifficacoibus meis ambuletis et iudicia mea obseruetis et faciatis / Cu dicit faciã ut faciatis · quid aliud dicit nisi aufferã a uobis cor lapideu vn no faciebatis / et dabo cor carneu vnde faciatis / Et hoc quid est / nisi aufferam cor duru vnde no faciebatis / et dabo cor obediens vnde faciatis / Ille facit ut faciamus Cui dicit hõ / pone dñe custodiam ori meo / hoc ẽ em dicẽ / fac ut ponam custodiam ori meo / Quod beneficiu dei iam fuerat consecutus qui dixit · Posui ori meo custodiã / Qui ergo volt facẽ dei mandatu et no potest Jam quidem habet uoluntatẽ bonã / s3 adhuc puã et iualidã / potuerit aut cu magnã hũerit et robustam / Cu em martires magna illa man data fecerunt / magna utiq3 uoluntatẽ hoc ẽ magna caritatẽ fecerunt / De qua caritatẽ ipẽ dns ait / Maiorẽ hac caritatẽ nemo hẽt qua ut aiã3 suam ponat pro amicis suis / Vnde et aplus dicit / Qui em diligit pximũ legem impleuit / Nam no adultabis / no homicidiu facies / No furaberis Non concupisces / Et si quod ẽ aliud mandatu / in hoc smone recapitulatur Diliges pximũ tuu tanquã teipm / Dilectio pximi malu no opatur / plenitudo g° legis est dilectio / iyam caritatẽ ipẽ aplus petrus nodu hũit qñ timore dnm negauit / Timor em no est in caritatẽ sicut ait Johẽs euanista in epla sua s3 pfecta caritas foras mittit timorẽ / Et tamen · quãuis parua et impfecta no ei deerat qñ dicebat dno / Aiã3 meam dñe pro te ponã / putabat em se posse quod se uelle sentiebat / Et quis istam et si puam dare cepat caritatẽ nisi ille qui ppat uoluntatẽ et co opando pficit quod opando incipit / Qm ipẽ ut velimq opat incipiens qui uolentibus coopat pficiens / pp quod ait aplus / Certq sũ qm qui opatur in uobis opus bonu / pficiet usq3 in diem xpi ihu / Vt g° uelimq sine nobis opat / Cu aut uolumq et sic uolumq ut faciamq coopatẽ illo tamẽ sine illo ut opante ut uelimq / ut coopante cu uolumq / Ad bona pietatis opa nichil valemq / de opante illo ut uelimq dictu ẽ Deus ẽ n. qui opat in nobis et uelle / Et coopante illo Cu iã volumq et volendo facimq / Scimq inquit qm diligẽtibq deu oĩa coopat in bonu / Quid ẽ oĩa nisi et ipas terribiles seuasq3 passiones / Sarcina quippe illa que infirmitati grauis ẽ / leuis efficit caritati / talibq em dns dixit ee suã sarcinã leuem · qualis petrq fuit qñ passus ẽ pro xpõ / no qualis fuit qñ negauit xpm / istam caritatẽ · i · diuino amore ardentissimã uoluntatẽ comendans aplq dt / Quis nos sepabit a caritatẽ xpi / Tribulacio an angustia an psecucio an fames an nuditas an picłu an gladius sicut scptu ẽ qm ppt te mortifficamr tota die deputati sumq velud oues occisionis Sz in hijs omnibus supuincimq p eu qui dilexit nos Certq sũ em qz

Neque mors neque vita neque angeli neque principatus neque potestates neque presentia
neque futura neque neque altitudo neque profundum neque creatura alia poterit nos
separare a caritate dei que est in xpo ihu dno nro / Et alio loco dicit Adhuc
supereminentiorem viam vobis demonstro / Si linguis hominum loquar et angelorum
caritatem aut non habeo factus sum eramentum sonans aut cymbalum tinniens /
/ Et si habuero prophetiam et si sciero omnia sacramenta / Et si habuero omnem fidem ita
ut montes transferam / Caritatem aut non habeo nichil sum / Et si distribuero omnia
mea pauperibus Et si tradidero corpus meum ut ardeam Caritatem aut non
habeam nichil michi prodest / Caritas magnanima est . benigna est . Caritas
non emulatur Non agit perperam . non inflatur . non dehonestatur Non querit que
sua sunt Non irritatur . non cogitat malum . non gaudet super iniquitate
Congaudet aut veritati omnia tollerat . omnia credit . omnia sperat . omnia suffert
Caritas nunquam excidit Et paulo post / Manet inquit fides spes caritas
tria hec Maior aut horum caritas / Sectamini caritatem / Item dicit ad Gallathas
Vos quidem in libertatem vocati estis fratres . tantum ne libertatem in occasionem carnis
detis sed per caritatem servite invicem . Omnis enim lex in uno sermone impletur
In eo Diliges proximum tuum tamquam teipsum / hoc est quod ad Romanos ait qui
diligit alterum legem implevit / Item dicit ad colocenses Super aut omnia hec
caritatem que est vinculum perfectionis / Et ad thymotheum Finis inquit precepti est
caritas Et adiunges qualis caritas / De corde inquit puro et consciencia bona et
fide non ficta / Ad corinthios aut cum dicit omnia vestra cum caritate fiant / satis
ostendit etiam ipsas correctiones quas asperas et amaras sentiunt qui corri
piuntur cum caritate esse faciendas / Unde et alibi cum dixisset Corripite inquietos
consolamini pusillanimes . suscipite infirmos . patientes estote ad omnes / Mox
subiunxit Videte ne quis malum pro malo alicui reddat / ergo et quando
corripiuntur inquieti . non malum pro malo . sed potius bonum redditur hec aut
omnia que ipsa caritas operatur / et apostolus petrus Ante omnia inquit mutuam
inter vos caritatem continuo habentes . quia caritas cooperit multitudinem peccatorum / Dicit
etiam apostolus Jacobus / Si tu legem perficitis regalem secundum scripturas Diliges
proximum tuum tamquam teipsum . bene facitis / Item Johes apostolus Qui diligit inquit
fratrem suum in lumine manet / Et alio loco Qui non est iustus non est ex deo Et
qui non diligit fratrem suum / Quia hec est annunciatio quam audivimus ab initio ut dili
gamus invicem / Itemque alibi / hoc est inquit mandatum illius ut credamus nomini
filii eius Jhesu xpi et diligamus invicem / Et iterum hoc inquit mandatum habemus
ab ipso ut qui diligit deum diligat et fratrem suum / Et paulo post In hoc inquit
cognoscimus quia diligimus filios dei cum deum diligimus et precepta eius faciamus /
hec est enim dilectio dei ut precepta eius servemus / Et precepta illius gravia
non sunt / Et in epistola 2a scriptum est Non quasi preceptum novum scribam tibi sed quod habuimus

x ii

Ab initio Ut diligamus invicem / Dicit etiam ipse dominus ihesus in duobus preceptis
dilectionis dei et dilectionis proximi Totam legem et prophetas pendere. de quibus
duobus preceptis in evangelio secundum Matheum scriptum est / Et accessit unus
de scribis qui audierat illos conquirentes et videns quia bene illis respondit interro-
gavit eum quod esset primum omnium mandatum / Ihesus autem respondit ei primum omnium
mandatum est Audi Israel dominus deus tuus unus est Et diliges dominum deum
tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex tota mente tua. hoc est primum
mandatum / Secundum autem simile illi Diliges proximum tuum tamquam te ipsum / Maius horum
aliud mandatum non est / Dicit etiam in evangelio secundum Iohannem Mandatum
novum do vobis ut diligatis invicem sicut dilexi vos ut et vos diligatis
invicem In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis si dilectionem habueritis
adinvicem / hec omnia precepta dilectionis i. caritatis / que tanta et talia sunt.
ut quidquid homo se putaverit facere bonum. si fiat sine caritate nullo modo fiat
bene / hec ergo precepta caritatis inaniter darentur hominibus non habentibus liberum
voluntatis arbitrium / sed quia per legem dantur et veterem et novam / quamvis in nova
venit gratia que promittebatur in vetere / lex autem sine gratia littera occidens / in gratia
vero spiritus vivificans / Unde est in hominibus caritas dei et proximi nisi ex ipso
deo / Nam si non ex deo incurrimus pelagianos / Sedeat ergo inter nos iudex
apostolus Iohannes et dicat nobis / Karissimi diligamus invicem / In hiis verbis iohannis
cum se illi extollere ceperint et dicere ut quid nobis hoc precipitur nisi quia ex nobis
habemus ut invicem diligamus / sequitur continuo idem Iohannes confundens eos et
dicens / quia dilectio ex deo est / Non itaque nisi quia precepto admonitum est.
liberum arbitrium ut quereret dei donum / Quod quidem sine suo fructu prorsus admoneretur
nisi prius acciperet aliquid dilectionis ut addi sibi quereret unde quod iubebatur
impleret / Cum dicitur diligamus invicem lex est / cum dicitur quia dilectio ex deo est
gratia est / sapientia quippe dei legem et misericordiam in lingua portat / Unde scriptum est
in psalmo / Etenim benedictionem dabit qui legem dedit / Nemo ergo vos fallat
fratres mei / quia non diligeremus deum nisi nos prior ipse diligeret / Idem Iohannes
apertissime hoc ostendit et dicit / Nos diligimus quia ipse prior dilexit nos.
gratia nos facit legis dilectores / lex vero ipsa sine gratia non nisi prevaricatores facit
Et quod discipulis suis dixit dominus Non vos me elegistis sed ego vos elegi
nil aliud indicat nobis / Si enim nos prius dileximus ut hoc merito nos ipse
diligeret. prius utique nos elegimus ut ab illo eligi mereremur Sed ipse qui veritas
est aliud dicit, et huic vanitati hominum apertissime contradicit / Non vos me
elegistis inquit. si ergo non elegistis, sine dubio non dilexistis Quomodo enim
eum eligerent quem non diligerent / Sed ego inquit vos elegi / Numquid non
et ipsi postea elegerunt eum, et omnibus bonis huius seculi pretulerunt / sed quia
electi sunt elegerunt / Non quia elegerunt electi sunt / Eligentium hominum meritum
nullum esset nisi eos eligentis dei gratia preveniret / Unde et apostolus paulus benedicens

Colosenses. Vos inquit dominus multiplicet et habundare faciat in caritate in invicem
et in omnes. Hanc videlicet dedit ut nos invicem diligeremus qui legem dedit ut
invicem diligamus. Deinde alio loco ad eosdem quia sine dubio in quibusdam eorum
iam erat quod eis ut esset optaverat. Gratias inquit agere debemus deo semper pro vobis
fratres sicut dignum est. quoniam supercrescit fides vestra et habundat caritas uniuscuiusque vestrum
in invicem. Hoc dixit ne forte de tanto bono quod ex deo habebant tamquam ex se
ipsis id habentes extollerentur. Quod ergo supercrescit fides vestra inquit et habundat.
caritas uniuscuiusque vestrum in invicem gratias agere debemus deo de vobis. Non itaque vos
laudare tamquam hoc habentes ex vobis. Et ad Thymotheum dicit. Non enim dedit
nobis deus spiritum timoris sed virtutis et caritatis et continentie. In quo sane apostolico
testimonio cavere debemus ne nos arbitremur non accepisse spiritum timoris dei.
Quod sine dubio magnum est dei donum de quo dicit propheta ysaias. Requiescet
super eum spiritus sapientie et pietatis et spiritus timoris domini. Non quo timuit petrus
christum negavit sed illius timoris spiritum accepimus de quo dicit ipse dominus christus
Eum timete qui habet potestatem et corpus et animam perdere in iehenna. Ita dico
vobis hunc timete. Hoc autem dixit ne illo timore negaremus eum quo
turbatus est petrus. Hunc enim auferri voluit a nobis cum prius dixit. Nolite ti-
mere eos qui corpus occidunt et postea non habent quid faciant. Huius timoris non
sed virtutis et caritatis et continentie. De quo spiritu idem ipse ad
accepimus spiritum
Romanos ait. Gloriamur in tribulationibus scientes quoniam tribulatio patientiam operatur
patientia probationem. probatio spem. Spes autem non confundit quia caritas dei diffusa
est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Non itaque per nos sed
per spiritum sanctum qui datus est nobis. id agit caritas quam donum dei esse manifestat
ut tribulatio non auferat sed potius operetur patientiam. Ad ephesios etiam pax
inquit fratribus et caritas cum fide. Magna bona. Sed dicat unde. A deo inquit patre
et domino ihesu christo. Unde hec magna bona non sunt nisi dona dei. Sed non mirum
quia lux lucet in tenebris et tenebre eam non comprehenderunt. In epistola Iohannis lux dicit.
Ecce qualem dilectionem dedit nobis pater ut filii dei vocemur et simus et in pelagianis
tenebre dicunt dilectio nobis ex nobis est. Quam si veram id est christianam dilectionem haberent
scirent et unde haberent sicut sciebat apostolus qui dicebat. Nos autem non spiritum huius
mundi accepimus sed spiritum qui ex deo est ut sciamus que a deo donata sunt nobis.
Iohannes enim dicit. Deus dilectio est. Et pelagiani ipsum deum non ex deo sed
ex semetipsis habere se dicunt. Et cum scientiam legis ex deo nobis esse fateantur caritatem
ex nobis ipsis volunt. Nec audiunt apostolum dicentem. Scientia inflat caritas autem
edificat. Quid est ineptius imo vero quid est amentius et ab ipsa sanctitate dulcedinis
caritatis alienius quam confiteri ex deo esse scientiam que sine caritate inflat et ex
nobis esse caritatem que facit ut scientia inflare non possit. Item cum dicat apostolus
supereminentem scientie caritatem christi. quid est insanius quam putare ex deo esse scientiam

b. iii

Que subdenda e caritati Et ex omnibus caritatem que supereminet scie fides aut
ueritati et doctrina sana ambas ee dicit ex deo quia scriptu est a facie eius
sciencia et intellectus procedit et scriptu e Caritas aut ex deo e Et legimus spm
sapiencie et pietatis legimus spm uirtutis et caritatis et continencie Sz
maius est donu caritas qua scia Nam scia qn est in homine caritas e neca
ne inflectur Caritas aute no emulat Non agit perperam no inflat Satis me
disputasse arbitror aduersus eos qui gram dei uehement oppugnant
qua uoluntas huana no tollit sed ex mala mutat in bona et cu bona
fuit adiuuat et sic disputasse ut no magis ego qua diuina ipa nobiscu
scriptura locuta sit euidentissime testimoniis ueritatis q scriptura diuina si dili-
genter inspiciat ondit no solu bonas hom uoluntates quas ipe facit
ex malis et a se factas bonas in actus bonos et in eterna dirigit uitam sed
etiam illos que conseruat seculi creaturam ita ee in dei uoluntate ptate.
Vt eas quo uoluit qn uoluit faciat inclinari uel ad beneficia quibusda pre-
standa uel ad penas quibusda ingerendas sicut ipe iudicat occultissimo
quide iudicio sz sine dubioe iustissimo Ita inuenimus aliq pcca etia penas
esse alioz pccoz sicut sunt uasa ire que pficta dicit apostolus in pdicoem
sicut e induracio pharaonis Cuius et causa dicit ad ostendendu in illo
uirtutem dei sicuti e fuga israelitaz a facie hostium de ciuitate hay Inuasit
enim factus est timor ut fugerent et hoc factu e ut uindicaret pccm eo
modo quo fuerat uindicandu Vnde dicit dns ad ihsu naue. No poterunt
filii isrl subsistere a facie inimicoz suoz Quid e no poterunt subsistere qre
no subsistebat p libm arbm sed p timore turbata uoluntate fugiebat Nisi qz
deus dnat et uoluntatibus hom et quos uolt in formidinem conuertit iratus
Nunquid no hostes israelitaz aduersus pplm dei qua ducebat ihus naue sua
uoluntate pugnauit Et cu dicat scriptura qua p dnm factu e confortari cor
eoz ut obuia irent ad isrl ad bellu ut exterminarent Nunq no sua uolute
homo impius filius gemini male dicebat regi dauid Et tn quid ait dd
plenus ueri et alta et pia sapia Quid ait illi qui maledicere putate
uoluit Quid michi et uobis filii sarine Dimittite eu ut maledicat
q dns dixit illi maledicere dauid et quis dicet ei quare fecisti sic.
Deinde scriptura diuina plena sinaz regis uelud ab alio initio repetendo
comendans et dixit inquid dauid ad abysay et ad oms pueros eius Ecce
filius meus qui exiit de utero meo querit aiam mea et adhuc
mo filius gemini Dimitte illu ut maledicat qm dixit illi deus ut ui-
deat dns humilitate mea et retribuat michi bona p maledictoe eius
in die isto quo dixit dns huic hom maledicere dauid Quis sapiens
et intelliget Non enim iubendo dixit ubi obediencia laudaretur.

Sed quia eius voluntatem propriam vitio suo malam in hoc peccato iudicio suo iusto
et occulto inclinavit, ideo dictum est Dixit ei dominus. Nam si iubenti obtemperasset
deo laudandus potius quam puniendus esset, sicut ex hoc peccato postea novimus
esse punitum. Nec causa tacita est cur ei dominus isto modo dixerit maledicere David
hoc est cor eius malum miserit vel dimiserit, ut videat inquit dominus humilitatem
meam et retribuat michi bona pro maledicto eius in die isto. Ecce quomodo
probatur deus uti cordibus etiam malorum ad laudem atque adiumentum bonorum.
Sic usus est Iuda tradente Christum. Sic usus est Iudeis crucifigentibus Christum. Et
quanta inde bona prestitit populis credituris, qui et ipso dyabolo utitur
pessimo sed optime ad exercendam et probandam fidem et pietatem bonorum.
Non sibi qui omnia scit antequam fiant, sed nobis quibus erat necessarium ut eo
modo ageretur nobiscum. Numquid non sua voluntate Abessalon elegit consilium
quod sibi oberat, et tamen ideo fecit quia exaudierat dominus eius patrem
orantem ut hoc fieret. Propter quod ait scriptura Et dominus mandavit dissipare
consilium Achitophel bonum, ut induceret dominus super Abessalon omnia mala.
Bonum consilium dixit quod ad tempus proderat cause quia pro ipso erat contra patrem eius contra quem
rebellaverat ut posset eum opprimere, nisi dominus consilium dissipasset quod dederat Achi-
tofel, agendo in corde Absalon ut tale consilium repudiaret et aliud quod ei
non expediebat eligeret. Quis non ista divina iudicia contremiscat quibus agit deus in
cordibus etiam malorum hominum quicquid vult, reddens eis tamen secundum merita eorum. Roboam
filius Salomonis respuit consilium salubre seniorum quod ei dederant, ne cum populo
dure ageret, et verbis coevorum suorum potius acquievit, respondendo minaciter quibus
leniter debuit. Unde hoc nisi propria voluntate. Sed hinc ab eo recesserunt decem
tribus Israel et alium regem sibi constituerunt Ieroboam, ut irati dei voluntas fieret.
Quod etiam futurum esse predixerat. Quid enim scriptura dicit? Et non audivit
rex plebem quoniam erat conversio a domino ut statueret verbum suum quod
locutus est in manu Achie Silonite de Ieroboam filio Nabath. Nempe
sic factum est et illud per hominis voluntatem ut tamen conversio esset a domino. Legite
libros Paralipomenon et invenietis in secundo libro scriptum Et suscitavit dominus
spiritum super Ioram spiritum Philistiim et Arabum qui finitimi erant Ethiopibus,
et ascenderunt in terram Iuda et dissipaverunt eam et ceperunt omnem substantiam
que in domo regis inventa est. Hic ostenditur deum suscitare hostes eis terris
vastandis quas tali pena iudicat dignas. Numquid tamen Philistiim et
Arabes in terram Iudeam dissipandam sine sua voluntate venerunt, aut sic
venerunt sua voluntate ut mendaciter scriptum sit quod dominus ad hoc faciendum
eorum spiritum suscitavit. Quod etiam sic dici potest Et eorum spiritum dominus suscitavit et
tamen sua voluntate venerunt. Agit enim omnipotens in cordibus hominum etiam motum
voluntatis eorum ut per eos agat quod per eos ipse agere voluerit. Qui omnino iniuste
aliquid velle non novit. Quid est quod homo dei dixit ad Amasiam regem

.d. iij.

Non ueniet tecu exercitus ysrl / No est .n. dns cu ysrl omibz filys effraim
/ Nam si putaueris obtine in illis / in fugam conuertet te deus ante inimicos
/ Dei e utiqz uel adiuuare / uel in fugam uerte / Quos uirtus dei alios
iuuat in bello dando eis fiducia / alios inmisso timore uertit in fuga / nisi
qr ille qui in celo et in tra oia quecuqz voluit facit / etia in cordibz hoim
operatur / legimus quid dixit iohas rex ysrl mittes nunciu ad amasyam
regem uolente pugnare cu illo / Nam post aliqua dixit / Nunc sede in
domo tua quid puocas in malu et cadis tu et iuda tecu / Deinde scripta
subiuxit / Et no audiuit amasias qm a deo erat ut traderet in manu
/ qm quesierut deos edom / Ecce deus ydolatrie petm volens vindicare
hoc operatus e in eius corde / cui utiqz iuste irascebatur ut admonitioz salubre
no audiret / sz ea contempta iret in bellu vbi cu suo exercitu caderet / Per ezech
ielem pphetam dicit deus Et pphta si errauit et locutus fuit ego deus seduxi
pphetam illu et extendam manu mea sup illu et exterminabo eu de medio
popli mei ysrl / In libro hester scriptu e / Que mlr ex ppto ysrl in terra
captiuitatis facta erat uxor alienigene regis asueri / Ergo in eius libro
scriptu e / Quod cu esset necessitate ppto p ppto suo. que rex vbicuqz i regno
eet iusserat trucidari orauit ad deu / Cogebat eni eam magna necessitas
/ vt pter iussu regis et pter ordine suu ad illu auderet intrare / Et uidete
quid scriptura dicit / Et intuitus e eam tamqz thaurus impetu indigna-
tionis sue et timuit regina et conuersus e color eius p dissolutionem
/ et inclinauit se sup capud delicate sue que pcedebat eam et conuertit
deus et transtulit indignatioz eius in lenitate / Scriptu e et i puerbys
Salomonis / sicut impetus aque sic cor regis in manu dei quocuqz voluit
declinabit illud / Et in ps° centesimo x° leg' dey / de egiptys quid eis fecit
deus / Et conuertit cor eoz ut odissent pplm eius ut dolu facerent i seruos
eius / In libris etia apostolicis uidete que scripta sut in epla pauli apli ad
Romanos / ppterea tradidit illos deus i desideria cordis eoz i imundicia / Item
paulo post / ppterea tradidit illos deus in passiones ignominie / Et paulo post
Sicut no pbauerut deu here i noticia tradidit illos deus in repba mete
ut faciat que no conueniut / Et ad Thessalonicen in epla scda ait de quibusda
pro eo qr dilectionem ueritatis no receperut ut salui fierent / ideo mittet ill
deus operationez erroris ut credant mendacio ut iudicet omnes qui no crediderut
ueritati sed consenserut iniquitati / hys et talibz testimoniis diuinoz elogioz
q omnia commemorare nimis longu e satis quantu existimo manifestatur operari deu
in cordibus hoim ad inclinadas eoz volutates quocuqz voluerit / siue ad bona pro
sua mia / siue ad mala p meritis eoz / iudicio utiqz suo aliqn aperto aliqn oc
culto sz aut iusto / Fixu eni de ee et imobile in corde uro qr no e iniquitas

primo

Apud deum/ ac p hoc qui leguntur i libris veritatis a deo seduci hoies/ aut obtundi/ ut ob
durari corda eorum/ Nolite dubitare p̄cessisse mala merita eorum ut iuste ista paterent
necessitatis i illud p̄verbium salomonis/ Insipientia viri violat vias eius/ deum aute
causatur i corde suo/ Gratia vero non scdm merita hoim datur/ alioqui gratia iam non est gratia/
Quia ideo gratia vocatur q gratis datur/ Quia ac potens est sive p angelos vel malos vel bonos
sive quoquomodo alio modo operari etiam in cordibus malorum p meritis eorum/ quorum maliciam
non ipse fecit sed aut originaliter tracta est ab adam/ aut crevit p p̄priam voluntatem/ Quid
mirum est si p spiritum sanctum operatur i cordibus electorum suorum bona/ ~~Non itaque dent dicere~~
~~faciamus mala ut veniant bona· sed fecimus mala et venerunt bona· Ita faciamus bona~~
~~et i futuro seculo recipiemus bonis bona· Qui i hoc seculo recepimus p malis bona~~
+ Qui operatus est ut ipsa corda essent ex malis bona/ Sed suspicantur hoies/ quibus merita bona
que putant p̄cedere ut iustificentur p dei gratiam/ Non intelligentes cum hoc dicunt/ nil aliud quam
negare se gratiam/ sed ut dixi quod volunt de maioribus suspicentur/ De parvulis certe
pelagiani quid respondeant non inveniunt quorum nec voluntas ulla est i accipienda
gratia cuius voluntatis meritum p̄cessisse dicant/ et insuper eos etiam cum fletu reluctari videmus
qui baptizantur et diuina sacramenta percipiunt/ Quod eis ad magnum impietatis peccatum imputaretur
si iam libero uterentur arbitrio/ Et tamen hec etiam etiam in reluctantibus gratia adhesisse nullo
bono merito p̄cedente/ alioqui gratia iam non esset gratia/ Et aliquando filiis infidelium p̄statur
hec gratia/ Cum occulta dei p̄uidentia in manibus quorumque p̄veniunt/ Aliquando filii
fidelium non eam consequuntur aliquo impedimento existente ne possit periclitantibus subveniri/
Fiunt vero ista p occulta dei p̄videntiam cuius inscrutabilia sunt iudicia et investigabiles
vie/ Quod ut apostolus dicat quid p̄dixit intuemini/ agebat enim de iudeis et
gentibus cum scriberet ad romanos .i. ad gentes/ et ait Sicut enim aliquando vos
non credidistis deo Nunc autem misericordiam consecuti estis in illorum incredulitate/ Ita
et hii nunc non crediderunt in vestra misericordia ut et misericordiam consequantur/ Conclusit .n. deus
omnes in infidelitate/ ut omnium misereatur/ Et cum attendisset quid dixit admirans sive
sive etiam quidem veritate sed magna p̄funditate/ Quo conclusit deus omnes
i infidelitate ut omnium misereatur/ quasi faciens mala ut veniret bona/ Mox
exclamavit atque ait/ O altitudo divitiarum sapientie et scientie dei quam inscrutabilia
sunt iudicia eius et investigabiles vie eius/ Hec enim iudicia inscrutabilia et i
vestigabiles vias perversi hoies non cogitantes/ et p̄tinentes ad rep̄hendendum non ydonei
ad intelligendum putabant et iactabant apostolum dicere/ faciamus mala ut veniant bona/ Quod
absit ut apostolus diceret/ sed homines non intelligentes hoc putabant dici/ cum audiebant
quod dixit apostolus/ Lex autem subintravit ut habundaret delictum/ Ubi autem ha
bundavit delictum/ superhabundavit gratia/ Sed utique gratia id agit/ ut iam faciant bona
ab eis qui fecerant mala non ut p̄severent i malis et reddi sibi existiment bona
/ Non itaque dent dicere faciamus mala ut veniant bona/ sed fecimus mala et venerunt
bona/ Iam faciamus bona et in futuro seculo recipiamus p bonis bona/ Propter quod scriptum est
in psalmo/ Misericordiam et iudicium cantabo tibi domine/ Primus itaque non ideo venit filius hominis
i mundum ut iudicet mundum/ sed ut salvetur mundus p illum/ hoc propter misericordiam/ Postea vero propter

f iii.

Judicium venturus est iudicare vivos et mortuos. Quamvis et in hoc tempore ipsa sal-
vatio si non fiat sine iudicio sed occulto. Ideo ait in iudicium veni in hunc mundum
ut qui non vident videant et qui vident ceci fiant. Ad occulta ergo dei iudicia
no. revocate, cum videtis in una causa qua certe sunt omnes parvuli hereditarium malum
trahentes ex adam, huic subveniri ut baptizetur, illi non subveniri ut in illa obli-
gatione moriatur. Illum baptizatum relinqui in hac vita quem prescivit deus impium
futurum, istum non baptizatum rapi ex hac vita ne malicia mutaret intellectum eius.
Et nolite in istis dicere iniustitiam vel insipientiam deo. Apud quem iustitie fons est
et sapientie. Sed sicut vos exhortatus sum ab initio sermonis huius, in quod pervenistis
in eo ambulate. Et hoc quoque vobis deus revelabit. Et si non in hac vita certe
in altera. Nichil est enim occultum quod non revelabitur. Cum ergo auditis dicentem
dominum: Ego dominus seduxi prophetam illum, et quod ait apostolus: Cuius vult miseretur et quem
vult obdurat. In eo quem seduci permittit vel obdurari mala eius merita credite.
In eo vero cuius miseretur gratiam dei non reddentis mala pro malis sed bona pro malis fideliter
et indubitanter agnoscite. Nec ideo auferatis a pharaone liberum arbitrium, quia multis locis dicit deus
Ego induravi pharaonem. vel induravi aut indurabo cor pharaonis. Non enim propterea ipse
pharao non induravit cor suum. Nam et hoc de illo legitur, cum ablata esset ab egyptiis
cynomia dicente scriptura: Et ingravavit pharao cor suum etiam in isto tempore et noluit dimittere
populum. Ac per hoc et deus induravit per iustum iudicium, et ipse pharao per liberum arbitrium.
Certi ergo estote quia non erit inanis labor vester si in bono proposito perficientes perseveraveritis
usque in finem. Deus enim qui modo illis quos liberat non reddit secundum opera eorum, tunc reddet
unicuique secundum opera eius. Reddet omnino deus et mala pro malis quoniam iustus est et bona pro malis
quoniam bonus est et bona pro bonis quoniam bonus et iustus est. Tantummodo mala pro bonis non reddet
quoniam iniustus non est. Reddet ergo mala pro malis penam pro iniustitia, et reddet bona pro malis
gratiam pro iniustitia, et reddet bona pro bonis gratiam pro gratia. Repetite assidue librum istum. Et si
intelligitis deo gratias agite. Ubi autem non intelligitis orate ut intelligatis. Dabit enim
vobis dominus intellectum. Mementote scriptum esse: Si quis vestrum indiget sapientia, postulet a deo
qui dat omnibus affluenter et non improperat et dabitur ei. Ipsa est sapientia desursum
descendens sicut ipse apostolus iacobus dicit. Illa vero sapientiam repellite a vobis et orate ut non
sit in vobis quam detestatus est ubi ait: Cum si zelum amarum habetis et contentiones in
vobis sunt. Non est ista sapientia desursum descendens sed terrena animalis dyabolica. Ubi enim zelus
et contencio est, ibi inconstantia et omne opus pravum. Que autem desursum est sapientia
primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis. plena misericordia.
et fructibus bonis, inestimabilis sine simulacione. Quid boni ergo non habebit
qui hanc sapientiam postulaverit et impetraverit a domino. Et hinc intelligite
gratiam. Cum si ex nobis esset ista sapientia, desursum non esset. Nec ab ipso qui nos
creavit deo postulanda esset. Fratres orate et pro nobis ut temperanter et pie
et iuste vivamus in hoc seculo. Expectantes illam beatam spem et manifestationem domini
et salvatoris nostri ihesu christi. Cui est honor et gloria et regnum cum patre et spiritu sancto in secula seculorum.

# Liber beati Augustini de pdestinacione sanctorum

Dixisse quid aplm scimus in epla ad philippenses/ eadem scbe nobis
mi quid no pigru/ uobis aute tutu e/ Item cu scribes ad Galathas
cu se satis apud eos egisse pspiceret quod illis p ministeriu smois sui
nccim ee cernebat/ de cetero inqt laborem michi nemo pstet/ vel sicut in
plibq codicibus legitur Nemo michi molestus sit/ ego aut quauis me.
moleste ferre confitear/ qd diuinis eloquijs/ quibus dei gra pdicat/ que
ois nulla e si scdm merita datur/ tam multis manifestisq non ceditur/
vrm tamen studiu frm karissimoru dilcoz filij mi prosper et hylari/ qua eos q cres
sunt no voltis errare/ ne post tot libros de hac re uel eplas meas.
adhuc desideratis me hinc scribere tm amo qntu no possum dice/ Et tm me
amae qntu debeo non audeo dice/ Quapp ecce rescribo uobis/ et lz iam
non uobiscu tame etiam p uos adhuc ago qd me satis egisse credebam/
Consideratis .n. lris uris uide michi uideor eos fres p quibus gerit piam
curam/ ne teneant poetica licentia qua dictu e/ spes sibi quisqz/ z inidm
currant quod no poetice sed prophetice dictu est/ Maledictus homo qui spem
habet in homine/ eo mo ee tractandos quo tractauit aptus/ quibus ait et si
quid aliter sapitis hoc quoqz deus nobis reuelauit/ Adhuc quippe in cone
caligat de pdestinacione sanctorum/ Sz hnt unde si quid alit in ea sapiut hoc
quoqz illis reuelet deus si in eo ambulent in qd puenerunt/ pp quod aptus
cu dixisset/ si quid alit sapitis hoc quoqz deus uobis reuelabit/ Uerumta
inqt in quod peruenimus ambulemus in eo/ Peruenerut aut isti fres nri p
quibus sollicita e pia caritas nra/ ut credant cu ecclia xpi pcto pmi hois
obnoxiu nasci genus humanu/ nec ab isto malo nisi p iusticia scdi hominis
aliquē liberari/ peruenerut aut ut preueniri uoltes homi dei gra fateantur/ atqz
ad nllm opus bonu/ uel incipiendu uel pficiendu sibi quaqz suffice posse
consenciat/ Retenta ergo ista in que peruenerut/ plurimu eos a pelagianorum
errore distinguit/ proinde si in eis ambulent et orent eu qui dat intellcm
Si quid de pdestinacione aliter sapiut ipe illis hoc quoqz reuelabit/ Tame
etiam nos impendamus eis dilcois affcm/ ministeriu smois/ sicut donat
ille qm rogamus/ ut in hijs lris ea que illis ee nt apta et utilia dicemus/
Unde em scimus Ne forte deus uc id p hanc nram uelit effice suitutem
qua eis in xpi liberali caritate seruimus/ Prius itaqz fidem qua xani sumus
donu dei ee debemus onde/ si tame diligentius id face possumus qua i
uoluminibus tot tantis iam fecimus/ Sed nunc eis unde esse uideo/ qui diuina
testimonia que de hac re adhibuimus/ ad hoc dicut ualere/ ut nouimus ex nob
quidē nos hre ipam fidem/ sz incrementu eius a deo/ tamqm fides no ab ipo
donetur nobis/ sz ab ipo tame augeatur in nobis eo merito qm cepit a nobis/
Non ergo recedit ab ea sna qua pelagius ipe in epali iudicio palestino.

| | |
|---|---|
| lex non est gra/ | p. ij. |
| lex mala no est. sz reos facit iubendo no adiuuando | p ij. |
| liberu arbitriu hoies hre inculat deus p pcepta mand | r ij. |
| liberu arbitriu indiget gra dei ad bn opand | f ij. |
| liberu arbitriu pceptis dei admonetur | x ij. |
| perfectum se nullus existimet/ | r. ij. |
| peccat quilibet ex libero arbitrio | |
| Peccat grauius sciens qm nesciens | e ij |
| Precepta ideo data st ut ceset excusacio ex ignora | r ij. |
| Sciencia aggrauat peccantem | e ij. |
| Timor domini/ donu dei est | a. iii. |
| Voluntas humana no suffic ad dei madata nisi per gram adiuuetur. | p. ij. |
| Voluntas nra sp e libera. sz non sp bona | b. ij. |
| Voluntas nra et si libera sit tn pparatur a deo ut velimus et faciamus | b. ij |

h. iii.

Sicut eadem gesta testantur dampnare compulsus est, gratiam dei secundum merita
nostra dari, sed non pertinet ad dei gratiam quod credere cepimus, sed illud potius
quod propter hoc nobis additur ut plenius perfectiusque credamus / Ac per hoc inicium fidei
nostre priores damus deo, ut retribuatur nobis et supplementum eius, et si quid
aliud fideliter poscimus / Sed contra hec, cur non potius audimus Quis prior
dedit ei et retribuetur illi / Quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia / Et ipsum
igitur inicium fidei nostre, ex quo nisi ex ipso est / Neque enim hoc excepto ex ipso sunt
cetera, et ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia / Quis autem dicat eum qui iam
cepit credere ab illo in quem credidit nichil mereri / Vnde fit ut iam merenti cetera
dicantur addi retributione diuina, ac per hoc gratiam secundum merita nostra dari / Quod ob-
iectum sibi pelagius, ne dampnaretur, ipse dampnauit / Quisquis igitur hanc dampna-
bilem vult ex omni parte vitare sententiam, veraciter intelligat dictum quod ait apostolus
Vobis datum est pro christo non solum ut credatis in eum verum etiam ut patiamini pro eo
/ Vtrumque ostendit dei donum, quia utrumque dixit esse donatum / Nec ait ut plenius et
perfectius credatis in eum, sed ut credatis in eum / Nec seipsum misericordiam consecutum dixit
ut fidelior, sed ut fidelis esset, quia sciebat non se inicium fidei sue priorem dedisse
deo, et retributum sibi ab illo eius augmentum, sed ab eo se factum fidelem a quo
et apostolus factus est / Nam scripta sunt etiam fidei eius inicia sunt ecclesiastica cele-
bri lectione notissima / Auersus quippe a fide quam uastabat eius uehementer
aduersus / Repente est ad illam gratia potentiore conuersus, Conuertente illo cui hoc
ipsum facturo per prophetam dictum est Tu conuertens viuificabis nos / Vnde non solum
ex nolente fieret uolens, verum etiam ex persecutore persecutorum inuictus fidei quam
persequebatur defensione pateretur / Donatum quippe illi erat a christo non solum ut
crederet in eum, verum etiam ut pateretur pro eo ipso / Et ideo commendans istam gratiam
que non datur secundum aliqua merita, sed efficit omnia bona merita / Non quia ydonei
sumus inquit cogitare aliquid quasi ex nobismetipsis, sed sufficientia nostra ex deo
est / Attendant hic et uerba ista perpendant qui putant ex nobis esse fidei ceptum
/ Et ex deo esse fidei supplementum / Quis enim non videat prius esse cogitare quam credere
Nullus quippe credit aliquid nisi prius cogitauerit esse credendum / Quamuis
enim raptim, quamuis celerrime credendi uoluntatem quedam cogitationes ante-
uolent, moxque illa ita sequatur ut quasi coniunctissima comitetur, necesse est tamen
ut omnia que credantur, quamquam et ipsum credere nichil est aliud quam cum assensione
cogitare / Non enim omnis qui cogitat credit, cum ideo cogitent plerique ne credant
/ sed cogitat omnis qui credit et credendo cogitat et cogitando credit / Quod
ergo cogitat pertinet ad religionem et pietatem de qua loquitur apostolus, si non sumus
ydonei cogitare aliquid quasi ex nobismetipsis, sed sufficientia nostra ex deo est
/ profecto non sumus ydonei credere aliquid quasi ex nobismetipsis, quod sine cogitatione
non possumus, sed sufficientia nostra qua credere incipiamus ex deo est / Quo circa sicut nemo
sibi sufficiat ad incipiendum uel ad perficiendum quodcumque opus bonum, quod iam isti

fratres sicut vestra scripta indicant vobis esse consentiunt. Unde in omni opere bono et incipiendo
et perficiendo sufficientia nostra ex deo est. Ita nemo sibi sufficit ad incipiendam vel
perficiendam fidem, sed sufficientia nostra ex deo est. Quoniam fides si non cogitetur nulla est,
Et non sumus ydonei cogitare aliquid quasi ex nobis metipsis sed sufficientia nostra ex deo est.
Cavendum est fratres dilecti a deo ne homo se extollat adversus deum cum se dicit
facere quod promisit deus. Nonne fides gentium promissa est abrahe. Et ille dans
gloriam deo plenissime credidit quoniam que promisit potens est et facere. Ipse ergo fidem
gentium facit qui potens est facere quod promisit. Porro si deus operatur fidem nostram
miro modo agens in nostris cordibus ut credamus. Numquid metuendum est ne totum facere
non possit et ideo sibi homo primas eius vendicat partes, ut novissimas ab illo
accipere mereatur. Videte si aliud agitur isto modo nisi ut gratia dei secundum merita nostra
detur quolibet modo ac sic gratia iam non sit gratia. Redditur namque hoc pacto debita,
non donatur gratis. Debetur enim credenti ut a domino ipsa fides eius augeatur. Et sit
merces fidei recepte fides aucta. Nec attenditur cum hoc dicitur non secundum gratiam sed secundum
debitum istam mercedem credentibus imputari. Cur autem non totum tribuatur homini
ut qui sibi potuit instituere quod non habebat, ipse quod instituit augeat omnino non
video nisi quia resisti non potest divinis manifestissimis testimoniis quibus et
fides unde et pietatis exordium sumitur donum dei esse monstratur. Qualis est id quod
unicuique deus partitus est mensuram fidei. Et id pax fratribus et caritas cum fide a deo
patre et domino ihesu christo et cetera talia. Nolens ergo hiis tam claris testimoniis
repugnare et tamen volens a se ipso sibi esse quod credit, quasi componit homo cum deo ut
partem fidei sibi vendicet atque illi partem relinquat. Et quod est elatius, primam tollit ipse,
sequentem dat illi, et in eo quod dicit esse amborum priorem se facit posteriorem deum. Non
sic pius atque humilis doctor ille sapiebat, Ciprianum beatissimum loquor qui dixit
in nullo gloriandum quando nostrum nichil sit. Quod ut ostenderet adhibuit apostolum testem dicentem
Quid autem habes quod non accepisti. Si autem accepisti quid gloriaris quasi non acceperis.
Quo precipue testimonio et ipse convictus sum cum similiter errarem, putans fidem qua in deum
credimus non esse donum dei sed a nobis esse in nobis. Et per illam nos impetrare dei
dona quibus temperanter et iuste et pie vivamus in hoc seculo. Neque enim fidem putabam
dei gratia preveniri ut per illam nobis daretur quod utiliter posceremus, nisi quia credere
non possemus nisi precederet preconium veritatis. Ut autem predicato nobis evangelio
consentiremus nostrum esse proprium et nobis ex nobis esse arbitrabar. Quem meum errorem
nonnulla opuscula mea satis indicant ante episcopatum meum scripta. In quibus est illud
quod commemorastis in litteris vestris, ubi est expositio quarundam propositionum ex epistola que est ad
Romanos. Denique cum mea cuncta opuscula retractarem eandemque retractationem stilo
persequerer cuius operis iam duos absolveram libros antequam scripta vestra prolixiora sumpsissem,
cum ad hunc librum ~~retract~~ retractandum in primo volumine pervenissem sic inde locutus sum
Item quod disputans inquam quid elegerit deus in nondum nato cui dixit serviturum esse +
· maiorem ·

i. similiter
error augustini

k iij

Et ea que non sunt tamquam sint vt que sunt euacuet / vt non glorietur coram
deo omnis caro / hic certe gratia humana superbia satis clara est apostoli intencio ne
in homine quisque glorietur / At propter hoc nec in seipso / Deinque cum dixisset ut non glorietur
omnis caro coram deo / ut ostendat in quo homo debeat gloriari · ex ipso autem inquit
Vos estis in christo Jhesu qui factus est nobis sapientia a deo et iusticia et sanctificacio
et redempcio vt quemadmodum scriptum est / Qui gloriatur in domino glorietur / Inde procedit
ista eius intencio ut postea increpans dicat / adhuc enim estis carnales Cum
enim sit inter vos emulacio et contencio / Nonne carnales estis et secundum hominem
ambulatis / Cum enim quis dicat Ego sum pauli Alius autem ego autem cº sum
apollo Nonne homines estis / Quid ergo apollo / Quid autem paulus ministri
per quos credidistis / Et vnicuique sicut dominus dedit Ego plantaui apollo rigauit
sed deus incrementum dedit / Itaque neque qui plantat est aliquid neque qui rigat
sed qui incrementum dat deus / Videtis ne nichil agere apostolum nisi ut humilietur
homo et exaltetur deus solus / Cum quidem in eis qui plantant et rigant non ipsum
plantatorem et rigatorem dicit esse aliquid sed qui incrementum dedit deus
Quamuis et hoc ipsum quod ille plantat hic rigat non ipsis sed domino tribuat
dicens / unicuique sicut dominus dedit Ego plantaui Appollo rigauit / hinc ergo in
eadem intencione persistens adhuc venit ut dicat / Itaque nemo glorietur in homine
Iam enim dixerat qui gloriatur in domino glorietur / post hec et alia nonnulla que
hiis connectuntur producitur eadem ipsa eius intencio ut dicat / hec autem fratres trans-
figuraui in me et apollo propter vos / ut in nobis discatis ne supra quam scriptum est
vnus pro altero infletur aduersus alterum / Quis enim te discernit · Quid autem
habes quod non accepisti / Si autem et accepisti quid gloriaris quasi non acceperis
In hac apostoli euidentissima intencione qua contra humanam superbiam loquitur
Ne quisquam in homine sed in domino glorietur / dona dei naturalia suspicari siue ipsam
totam perfectamque naturam / qualis in prima condicione donata est / siue uiciate nature
qualescunque reliquias nimis quantum existimo absurdum est / Nunquid enim per
hec dona que omnibus communia sunt hominibus / discernuntur homines ab hominibus
hic autem prius dixit / Quis enim te discernit / et deinde addidit / Quid autem
habes quod non accepisti / Posset enim homo dicere inflatus aduersus alterum
Discernit me fides mea · iusticia mea · vel si quid aliud / Qualibus occurrens
cogitacionibus bonus doctor / Quid autem habes inquit quod non accepisti / A quo
nisi ab illo qui te discernit ab alio · cui non donauit quod donauit tibi
Si autem et accepisti / aut quid gloriaris quasi non acceperis / Num queso agit
aliud nisi ut qui gloriatur in domino glorietur / Nichil autem huic sensui tam
contrarium est quam de suis meritis sic quemque gloriari / tamquam sibi ipse ea fecerit non gratia dei

Sed gratia que bonos discernit a malis / Non que communis est et bonis et malis /
Sit ergo gratia nature attributa qua sumus animancia rationalia / discernimur quoque
a pecoribus Sit etiam gratia nature attributa / qua in ipsis hominibus a defor-
mibus pulchri / uel ingeniosi discernuntur a tardis / et si quid eiusmodi est / Sed
non se ille quem corripiebat apostolus aduersus pecus inflabat / Nec aduersus hominem
alterum de aliquo naturali munere quod inesse posset et pessimo / Sed aliquid bonum quod
pertinet ad uitam bonam / sibi non deo tribuens inflabat quando audire meruit / Quis
enim te discernit / Quid autem habes quod non accepisti / Sit enim sic naturam fidem
posse habere / numquid et habere / Non enim omnium est fides / Tu fidem posse habere sit omnium /
Non autem ait apostolus / Quid autem potes habere quod non accepisti / posse habere est non
/ non autem habere / proinde posse habere fidem sicut posse habere caritatem gratie est fidelium /
Illa enim natura in qua nobis data est possibilitas habendi fidem / non discernit ab
homine hominem / Ipsa enim fides discernit ab infideli fidelem / Ac per hoc ubi dicitur
ubi dicitur / Quis enim te discernit / Quid autem habes quod non accepisti / Quisquis
audet dicere habeo ex meipso fidem non ergo accepi profecto contradicit huic apertissime
ueritati / Non quia credere uel non credere non est in arbitrio uoluntatis humane.
Sed in electis preparatur uoluntas a domino / Ideo ad ipsam quoque fidem que in uoluntate
est pertinet Quis enim te discernit / Quid autem habes quod non accepisti / Multi au-
diunt uerbum ueritatis sed alii credunt alii contradicunt / Volunt autem isti credere
/ nolunt illi / Quis hoc ignoret. quis hoc neget / Sed cum aliis preparetur / aliis non
preparetur uoluntas a domino / Discernendum est utique / quid ueniat de misericordia eius
quid de iudicio / Quod querebat Israel ait apostolus / hoc non est consecutus / electio ante
consecuta est. Ceteri uero excecati sunt sicut scriptum est / Dedit illis deus spiritum compunctionis oculos
ut non uideant / Et aures ut non audiant. usque in hodiernum diem / Et dauid dicit
fiat mensa eorum in laqueum et in retributionem et in scandalum / Obscurentur oculi
eorum ne uideant et dorsum eorum semper incurua / Ecce misericordia et iudicium / Misericordia in
electionem que consecuta est iustitiam dei / iudicium uero in ceteros qui excecati sunt / Et tamen
illi quia uoluerunt crediderunt / Illi uero qui noluerunt non crediderunt / Misericordia igitur
et iudicium in ipsis uoluntatibus facta est / Electio quippe ista gratie est non utique meritorum.
Superius enim dixerat Sic ergo et in hoc tempore reliquie per electionem gratie salue facte
sunt / Si autem gratia iam non ex operibus / Alioquin gratia iam non est gratia / Gratis
ergo consecuta est / quod consecuta est electio non precessit eorum aliquid quod priores
darent et retribueretur eis / pro nichilo saluos fecit eos / Ceteris autem qui excecati
sunt / sicut ibi non tacitum est in retributione factum est Vniuerse uie domini misericordia et
ueritas / inuestigabiles autem sunt uie eius / Inuestigabiles igitur sunt et misericordia qua
gratis liberat / et ueritas qua iuste iudicat / Sed forsitan dicitur / Ab operibus fide
distinguit apostolus / Gratiam uero non ex operibus esse dicit / Non autem dicit quod non
sit ex fide / Ita uero est / Sed ipsam fidem. opus dei dicit ac iohannes et hanc ut.

.m. iij.

Maiorem. Et quid in eo maiore sit nondum nato reprobauit, de quibus propter hoc comme
moratur, quamuis longe postea prolatum sit propheticum testimonium: Iacob dilexi, Esau
autem odio habui. Ad hoc perduxi ratiocinationem ut dicerem: Non ergo elegit deus opera
cuiusquam in prescientia que ipse daturus est, sed fidem elegit in prescientia, ut quem sibi cre
diturum esse presciuit ipsum elegerit cui spiritum sanctum daret, ut bona operando etiam
eternam uitam consequeretur. Nondum diligentius quesiueram nec adhuc inueneram
qualis sit electio gratie, de qua idem dicit apostolus: Reliquie per electionem gratie salue
facte sunt. Que utique non est gratia si eam merita ulla precedunt, ut ne iam quod datur
non secundum gratiam sed secundum debitum reddatur, potius meritis quam gratis donetur. Proinde quod continue
dixi: Dicit enim idem apostolus: Idem deus qui operatur omnia in omnibus, nusquam
autem dictum est: deus credit omnia in omnibus. Ac deinde subiunxi: Quod enim credimus
nostrum est, quod autem bonum operamur illius est qui credentibus dat spiritum sanctum;
profecto non dicerem si iam non scirem etiam fidem inter dei munera reperiri que dantur in
eodem spiritu. Utrumque ergo nostrum est propter uoluntatis arbitrium, et utrumque datum est per spiritum
fidei et caritatis. Neque enim sola caritas, sed sicut scriptum est: Caritas cum fide a deo patre
et domino Iesu Christo. Et quod paulo post dixi: Nostrum enim est credere et uelle, illius autem
dare credentibus et uolentibus facultatem bene operandi per spiritum sanctum, per quem caritas
diffunditur in cordibus nostris, uerum est quidem, sed eadem regula et utrumque ipsius est
quia ipse preparat uoluntatem, et utrumque nostrum quia non fit nisi uolentibus nobis. Ac per hoc quod
etiam postea dixi: Quia neque uelle possumus nisi uocemur, et cum post uocationem uoluerimus
non sufficit uoluntas nostra et cursus noster nisi deus et uires currentibus prebeat et
perducat quo uocat. Ac deinde subiunxi: Manifestum est ergo non uolentis neque currentis
sed miserentis dei esse quod bene operamur, uerissimum est. Sed parum de ipsa uocatione
disserui, que fit secundum propositum dei. Non enim omnium qui uocantur talis est, sed tantum electorum. Itaque
quod paulo post dixi: Sicut enim in his quos elegit deus non opera sed fides inchoat
meritum, ut per munus dei operentur, sic in his quos dampnat infidelitas et impie
tas inchoat pene meritum, ut per ipsam penam etiam male operentur, uerissime dixi, sed fidei
meritum etiam ipsum esse donum dei nec putaui querendum esse nec dixi. Et in alio
loco: Cuius enim miseretur facit eum bene operari, et quem obdurat relinquit eum
ut male operetur; sed et illa misericordia precedenti merito fidei tribuitur, et ista obduratio
precedenti iniquitati. Quod quidem uerum est, sed adhuc querendum erat utrum meritum
fidei de misericordia dei ueniat, id est utrum ista misericordia ideo tantummodo fiat in homine quia fidelis
est, an etiam facta fuerit ut fidelis esset. Legimus enim dicente apostolo: Misericordiam consecutus sum
ut fidelis essem; non ait quia fidelis eram. Fideli ergo datur quidem, sed etiam data est ut esset
fidelis. Rectissime itaque alio loco in eodem libro scripsi: Quia si non ex operibus sed misericordia
dei et uocamur ut credamus et credentibus prestatur ut bene operemur, non est gentibus
ista inuidenda misericordia. Quamuis minus ibi diligenter de illa que per dei propositum fit uoca
tione tractauerim. Videtis etiam quid tunc de fide atque operibus senserim. Quamuis de

Commendanda dei gra laborare In qua sma istos fres nros ee nuc uideo Quia
no sicut lege libros meos ita etiā curauerut in eis proficē mecū Nā si curassēt
Jnuenissent ista qonem scdm ueritate diuinarꝝ scripturarꝝ soluta in pmo libro duorꝝ
quos ad bte memorie Simplicianu scpsi epm mediolan eccē sti Ambsij suc-
cessorem in ipo exordio epatus mei Nisi forte no eos nouerut qd si ita ē faciat
ut nouint De hi pmo illorꝝ duorꝝ libro in 2o retractacionu pmu locutꝰ sum
Cui sermo meus ita se habet librorꝝ inquā quos elaboraui epus iā mi duo
sunt ad Simplicianu eccē Mediolan antistite qui btissimo successit ambsio
de diuisis qonibꝫ quarꝝ duas ex epla pauli apli ad Romos in pmu libru contuli
harꝝ prior e de eo quod scptu ē absit usqꝫ ad illud ubi ait Quis me libabit
de corpe mortis huiꝰ Gra dei p ihm xpm dnm nrm In qua illa apli uerba
lex spūalis ē Ego autem carnalis sum et cetera quibꝫ caro q spm cōfligere ostendit
eo mō exposui tanqꝫ homo describatur adhuc sub lege no du sub gra constitutꝰ
Longe em pgea etiam spūalis hois et hoc pbabilius ee posse illa uerba
cognoui Posterior in hoc libro questio ē ab eo loco ubi ait No solu aut si et rebecca
ex vno concubitu hns ysaac pris nri usqꝫ ad illud ubi ait Nisi dns sabaoth re- 1
liquisset nobis seme sicut sodoma facti essemꝰ et sicut Gomorra similes fuissemꝰ
In cuiꝰ qonis solucione elaboratu ē quidē p libo arbitrio uoluntatis humane sꝫ uicit
dei gra nec nisi ad illud potuit puenire ut liquidissima ueritate dixisse intelligar
aplus Quis em te discernit Quid aut hēs quod no accepisti Si aut et accepisti
quid gl'iaris quasi no acceperis Qd uolens etia martir Cyprianꝰ onde hoc totu
ipo titulo diffiniuit dicēs In nullo gl'iandu qn nrm nichil sit Ecce qr dixi superiꝰ
hoc aplico pcipue testimoīo etiam meipm fuisse conuictu cu de hac re aliter saperē
Qua m deus in hac qone soluenda cu ad epm simplicianu sicut dixi scriberē
reuelauit hoc igr aplici testimoīj ubi ad reprimenda hois inflacōz dixit Qd
em hēs quod no accepisti No sinit qmqꝫ fidelium dicere hēo fidem qua no accepi
Reprimit oio hijs aplicis uerbis tota huiꝰ responsionis elacō Sꝫ ne hoc quidē pot
dici quamuis no hēam pfectam fidem hēo tamē eius iniciu quo in xpo pri-
mitꝰ credidi Quia et hic rndet Quid aut hēs quod no accepisti Si aute
et accepisti quid gl'iaris quasi no acceperis Illud u° quod putat de hac fide
ideo no posse dici quid em hēs qd no accepisti qr in eadem nā remansit licet
uiciata que prius sana ac pfecta donata sit nichil ad rē quod uolut uale
intelligitur si ut hoc aplus dixit cogitet Agebat n. ne quisqꝫ gl'iaretur
in homine qm dissensiones exorte fuerāt int Corinthios xpianos Ita ut unqsqꝫ
diceret Ego quidē sum pauli Alius aut Ego Apollo Alius uero Ego Cephe et
in uentu est ut diceret Stulta mudi elegit deus ut confudat sapiēt et infirma
mudi elegit deus ut confundat fortia et ignobilia mdi Et contemptibilia elegit deꝰ

¶ Operam iubet / dixerunt enim ad eum iudei Quid faciemus ut operemur opera dei Respondit Ihesus et dixit illis / hoc opus dei ut credatis in eum quem misit ille / Sic ergo distinguit apostolus ab operibus fidem / quemadmodum in duobus regnis hebreorum distinguitur iudas ab israel / cum et ipse iudas sit israel / Ex fide autem ideo dicit apostolus iustificari hominem non ex operibus / quia ipsa prius datur ex qua impetrentur cetera que proprie opera nuncupantur in quibus iuste vivitur / Nam dicit etiam ipse / Gratia salvi facti estis per fidem / et hoc non ex vobis sed dei donum est / id est et quod dixi per fidem / et non ex vobis sed dei donum est etiam fides / Non ex operibus inquit ne forte quis extollatur / Solet enim dici / ideo credere meruit quia vir bonus erat et antequam crederet / Quod de cornelio dici potest / cuius accepte sunt elemosine et exaudite orationes antequam credidisset in christum / Nec tamen sine aliqua fide donabat vel orabat / Namque quomodo invocabat in quem non crediderat / Sed si posset sine fide christi esse salvus / non ad eum edificandum mitteretur architectus apostolus petrus / Quamvis nisi dominus edificaverit domum in vanum laboraverunt edificantes eam / Et dicitur nobis fides est a nobis / cetera a domino ad opera iusticie pertinentia Quasi ad edificium non pertineat fides / Quasi ad edificium inquam non pertineat fundamentum / Quod si in primis et maxime pertinet / Frustra laborat predicando edificans fidem Nisi eam dominus miserando intus edificat.

/ Quidquid igitur et antequam in christum crederet et cum crederet et cum credidisset / Bene operatus est Cornelius / totum deo dandum est ne forte quis extollatur / Proinde ipse unus magister et dominus cum dixisset quod supra memoravimus hoc est opus dei ut credatis in eum quem misit ille In eodem ipso sermone suo paulo post ait / Dixi vobis quia vidistis me et non credidistis / Omne quod dat michi pater ad me veniet / quid est ad me veniet nisi credet in me / Sed ut fiat / pater dat

Item paulo post / Nolite inquit murmurare invicem Nemo potest venire ad me nisi ut pater qui misit me traxerit illum / Et ego resuscitabo eum in novissimo die / Est scriptum in prophetis / Erunt omnes docibiles dei / Omnis qui audivit a patre et didicit venit ad me / Id est nullus est qui audiat a patre et discat et non veniat ad me / Si enim omnis qui audivit a patre et didicit venit profecto omnis qui non venit non audivit a patre nec didicit / Nam si audisset et didicisset veniret / Neque enim ullus audivit et didicit et non venit / Sed omnis ut ait veritas qui audivit a patre et didicit venit ad me / Valde remota est a sensibus carnis hec scola in qua pater auditur et docet ut veniatur ad filium / Ibi est et ipse filius quia ipse est verbum eius per quod sic docet / nec agitur hoc cum carnis aure sed cordis / Simul est et spiritus patris et filii / Neque enim ipse non docet aut separatim docet / Inseparabilia quippe didicimus esse opera trinitatis / Et ipse est utique spiritus sanctus de quo apostolus dicit / Habentes autem eundem spiritum fidei / Sed ideo patri hoc potissimum est attributum quia de ipso procedit

Spiritus sanctus / Unde longum est enucleatius disputare / Et de trinitate que deus
est laborem nostrum in xv. libris ad nos iam existimo pervenisse / Valde inquam
remota est a sensibus carnis hec scola in qua deus auditur et docet / Multos
venire videmus ad dominum quia multos credere videmus in christum / Sed ubi et quo
a patre hoc audierint et didicerint non videmus / Nimis gratia ista secreta est /
Gratiam vero esse quis ambigat / Hec itaque gratia que occulte humanis cordibus
divina largitate tribuitur a nullo duro corde respuitur / Ideo quippe tribuitur
nisi cordis duricia primitus auferatur / Cum ergo pater intus auditur et docet ut
veniatur ad filium aufert cor lapideum et dat cor carneum sicut per prophetam predicante
promisit / Sic quippe facit filios promissionis et vasa misericordie que preparavit in gloriam /
Cur ergo non omnes docebit ut veniant ad christum / Nisi quia omnes quos docet misericordia
docet / quos autem non docet iudicio non docet / Quoniam cuius vult miseretur et quem
vult obdurat / Sed miseretur bona tribuens / obdurat digna retribuens / Aut si et
ista ut quidam distinguere maluerunt verba sunt eius cui apostolus ait / Dicis
itaque michi ut ipse dixisse accipiatur / Ergo cuius vult miseretur et quem vult
obdurat et quod sequitur id est quid adhuc conqueritur nam voluntati eius quis resistit /
Numquid responsum est ab apostolo / O homo falsum est quod dixisti / Sed responsum est / O homo quis
tu es ut respondeas deo / Numquid dicit figmentum ei qui se finxit / quare sic me fecisti
An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa et sequentia que optime
nostis / et tamen quodammodo pater omnes docet venire ad suum filium / Non enim frustra
scriptum est in prophetis / Et erunt omnes docibiles dei / Quod testimonium cum premisisset tunc
subdidit / Omnis qui audivit a patre et didicit venit ad me / Sicut ergo integre
loquimur cum de aliquo litterarum magistro qui in civitate solus est / Omnes iste
hic litteras docet / non quia omnes discunt sed quia nemo nisi ab illo discit quicumque
ibi litteras discit / ita recte dicimus / Omnes deus docet venire ad christum / Non quia omnes
veniunt sed quia nemo aliter venit / Cur autem non omnes doceat aperuit apostolus
quantum aperiendum iudicavit / quia volens ostendere iram et demonstrare potentiam suam
attulit in multa patientia vasa ire que perfecta sunt in perditionem / Et ut notas faciat
divicias glorie sue in vasa misericordie que preparavit in gloriam / Hinc est quod verbum crucis
pereuntibus stulticia est / hiis autem qui salvi fiunt virtus dei est / Hos omnes docet
venire ad christum deus / hos enim omnes vult salvos fieri et in agnitionem veritatis
venire / Nam si et illos quibus stulticia est verbum crucis ut ad christum ve-
nirent docere voluisset procul dubio venirent et ipsi / Non enim fallit aut fallitur
qui ait omnis qui audivit a patre et didicit venit ad me / Absit ergo ut quisquam
non veniat qui a patre audivit et didicit / Quare inquiunt non omnes docet. ro.
Si dixerimus quia nolunt discere quos non docet / respondebitur nobis / Et ubi est quod ei dicitur
Deus tu convertens vivificabis nos / Aut si non facit volentes ex nolentibus
deus ut quid orat ecclesia secundum preceptum domini pro persecutoribus suis / Nam sic etiam

uoluit intelligi sanctus Cyprianus qd dicimus / fiat uoluntas tua sicut in celo et in terra
/ hoc est sicut in eis qui iam crediderunt et tamquam celum sunt / ita in eis qui non
credunt et ob hoc terra adhuc sunt / Quid oramus ergo pro nolentibus credere nisi
ut deus in illis operetur et uelle / De iudeis certe apostolus ait / fratres bona uoluntas
quidem cordis mei et precatio ad deum pro illis in salutem / Orant pro non credentibus quid
nisi ut credant / Non enim aliter consequuntur salutem / Si ergo fides orantium dei preuenit gratiam
/ numquid eorum fides pro quibus oratur ut credant dei preuenit gratiam / Cum quidem hoc pro eis
oratur ut non credentibus .i. fidem non habentibus fides ipsa donetur / Cum igitur euangelium
predicatur / quidam credunt quidam non credunt / sed qui credunt predicatore forinsecus
insonante / intus a patre audiunt atque discunt / Qui autem non credunt foris audiunt
intus non audiunt neque discunt / hoc est illis datur ut credant / illis non datur / Quia
nemo inquit uenit ad me nisi pater qui misit me traxerit eum / Quod apertius
postea dicitur / Nam post aliquantum de carne sua manducanda et bibendo sanguine
suo loquetur / et dixerunt quidam etiam discipulorum eius durus est hic sermo quis
potest eum audire / sciens ihesus apud semetipsum quia murmurarent de hoc disci
puli eius / dixit eis hoc uos scandalizat / Et paulo post / Verba inquit que ego
locutus sum uobis / spiritus et uita sunt / sed sunt quidam ex uobis qui non credunt
Et mox euangelista / Sciebat enim inquit ab initio ihesus qui essent credentes
et quis traditurus esset eum / Et dicebat / propterea dixi uobis quia nemo potest uenire
ad me nisi fuerit ei datum a patre meo / Ergo trahi a patre ad xpm et audire atque
discere a patre ut ueniat ad xpm / nichil aliud est / quam donum a patre accipere quo
credat in xpm / Neque enim audientes euangelium ab non audientibus / sed credentes ab non credentibus
discernebat / qui dicebat / nemo uenit ad me nisi fuerit ei datum a patre meo
/ fides igitur et inchoata et perfecta donum dei est / Et hoc donum quibusdam
dari / quibusdam non dari / omnino non dubitat / qui non uult manifestissimis sacris litteris
repugnare / Cur autem non omnibus detur / fidelem mouere non debet / qui credit ex
uno omnes isse in condempnationem sine dubitatione iustissimam / ita ut nulla dei esset
iusta reprehensio etiam si nullus liberaretur / Unde constat / magnam esse gratiam quod
plurimi liberantur / et quid sibi deberetur / in eis qui non liberantur / agnoscunt / Ut
qui gloriatur non in suis meritis / que paria uidet esse dampnatis / sed in domino glorietur
/ Cur autem istum potius quam illum liberet / inscrutabilia sunt iudicia eius et inuestigabiles uie
eius / melius enim et hic audimus aut dicimus / O tu quis es qui respondeas deo / quam
dicere audemus. q. nouimus quod occultum esse uoluit / qui tamen aliquid iniustum uelle
non potuit / Illud autem quod in opusculo meo contra porphirium sub titulo de tempore xpiane
religionis me dixisse recolitis / Ita dixi ut hanc diligentiorem et operosiorem
disputationem de gratia preterirem / Non sane omissa significatione / quod eam loco illo explicare
noluissem / que posset alias uel alijs explicari / Nam ita locutus sum inter alia.

Respondens proposite questioni, Cur Christus post tam longa tempora venit, prius inde inquam ut Christo non obiciant quod eius doctrinam non omnes sequuntur. Sentiunt enim et ipsi nequaquam hoc obici posse vel sapientie Platonis vel etiam cuiuslibet philosophorum suorum, qui videbunt se excepta illa altitudine sapientie et scientie dei, ubi fortassis multo aliud divinum consilium longe secretius latet, sine preiudicio etiam aliarum forte causarum que a prudentibus investigari queunt, hoc solum eis brevitatis gratia in huius questionis disputatione dicamus, tunc voluisse hominibus apparere Christum et apud eos predicari doctrinam suam, quando sciebat et ubi sciebat esse qui in eum fuerant credituri. His enim temporibus et his locis quibus evangelium eius non est predicatum, tales omnes in eius predicatione futuros esse presciebat, quales non quidem omnes sed tamen multi in eius corporali presentia fuerunt, qui in eum nec suscitatis mortuis ab eo credere voluerunt. Tales etiam nunc multos videmus, cum tanta manifestatione de illo compleantur preconia prophetarum, nolle adhuc credere et malle humana astutia resistere quam tam clare atque perspicue tamque sublimi et sublimiter diffamate divine cedere auctoritati, quamdiu parvus et infirmus est intellectus hominis divine accedere veritati. Quid ergo mirum si tam infidelibus plenum orbem Christus prioribus seculis noverat, ut eis apparere vel predicari merito nollet, quos nec verbis vel miraculis suis credituros esse presciebat. Neque enim incredibile est tales fuisse tunc, quales ab eius adventu usque ad hoc tempus tam multos fuisse atque esse miramur. Et tamen ab initio generis humani alias occultius alias evidentius sicut congruere temporibus visum est divinitus, nec prophetari destitit nec qui in eum crederent defuerunt, et ab Adam usque ad Moysen et in ipso populo Israel, que speciali quodam misterio gens prophetica fuit, et in aliis gentibus antequam venisset in carne. Cum enim nonnulli commemorentur in sanctis hebraicis libris iam ex tempore Abrahe, nec de stirpe carnis eius nec ex populo Israel nec adventicia societate in populo Israel, qui tamen huius sacramenti participes fuerunt, cur non credamus etiam in ceteris hac atque illac gentibus alias alios fuisse, quamvis eos commemoratos in eisdem auctoritatibus non legamus. Ita salus religionis huius, per quam solam veram salus vera veraciterque promittitur, nulli umquam defuit qui dignus fuit, et cui defuit dignus non fuit. Et ab exordio propagationis humane usque in finem quibusdam ad premium, quibusdam ad iudicium predicatur. Ac per hoc et quibus omnino annuntiata non est non credituri presciebantur, et quibus non credituris tamen annuntiata est in illorum exemplum demonstrantur, quibus vero credituris annuntiatur regno celorum et sanctorum angelorum societati preparantur. Cernitis nempe sine preiudicio latentis consilii dei et aliarum causarum hoc de prescientia Christi dicere voluisse quod contendentibus paganorum infidelium qui hanc obiciunt questionem sufficere videtur. Quid enim est verius quam prescisse Christum qui et quando et quibus locis in eum fuerant credituri. Sed utrum predicato sibi Christo a se ipsis habituri essent fidem, an deo donante sumpturi, id est utrum tantummodo eos prescierit

c. iij. Nn etia pdestinauit / querere atq disserere / tunc necessariu no putaui / Proinde qd dixi tuc
uoluisse apparere hominibus xpm / et apud eos pdicari doctrina sua / qn sciebat et ubi
sciebat ee qui in eu fuerat credituri / No aut dixi qn sciebat et ubi sciebat esse
qui electi fuerat in xpo ante mudi constitucoz / Sz qm si ita dicetur lectorem
faceret intentu ad ea requireda / que nuc ex admonicoe pelagiani erroris
nate est copiosius et laboriosius disputari / Visu e michi qd tuc satis erat
breuiter ee dicendu / excepta ut dixi altitudine sapie et scie dei et sn pudicio
aliaru causarp / de quibus no tuc sz oportunius disputandu putaui / Iste
qd dixi / salute religionis hui9 nulli nuqua defuisse qui dignus fuit / et dig-
nu no fuisse cui defuit / Si discutiat et queratur unde quisq sit dignus.
no desunt qui dicat uolutate huana / Nos aut dicim9 / Gra ul pdestinacoe
diuina / Inter gram porro et pdestinacoz hoc tm int est / qd pdestinacio e gre
ppacio / gra uero iam ipa donacio / Q itaq ait aplus / Non ex opibg ne forte
quis extollatur. ipius enim sum9 figmentu creati in xpo ihu in opibg
bonis gra e / Q autem seqt que ppauit deus ut in illis ambulem9 / pdestinacio
e / que sine psciencia no pt ee / Potest autem ee sine pdestinacoe psciencia / pdestina-
cione quippe deus psciuit que fuerat ipe facturus / Unde dcm e fecit que
futura sunt / psciens aut potens e etia que ipe no facit sicut queaq pcta / Quia
et si sunt queda / que ita pcta sunt ut pene sint etia pccorp / Vn dcm est
tradidit illos deus in reprobu sensu uel reprbam mente ut faciat que no
conueniut / no ibi pcm dei est sz iudiciu / Quo circa pdestinacio dei que in bono
est gre est ut dixi ppacio / Gra em e ipius pdestinacois effectus / Qn ergo pmisit
deus abrahe in semine eius fidem gentiu dicens / patrem multaru gentiu posui
te unde dicit aplus / Ideo ex fide ut scdm gram firma sit pmissio oi semini
no de nre uoluntatis ptate / sz de sua pdestinacoe pmisit / Pmisit n. qd ipe
facturus erat no quod homines / Q et si faciut homines bona que ptinet ad
colendu deu / ipe facit ut illi faciant que pcepit / no illi faciut ut ipe
faciat quod pmisit / Alioqn ut dei pmissa compleantur no in dei sz in
hoim e ptate / Et qd a dno pmissu e ab ipis redditur abrahe / No aut sic
credidit Abraham / sz credidit dans glam deo / qm que pmisit potens e
et facere / Non ait pdicere no ait pscire / Nam et aliena facta pt pdicere atq
pscire / sz potens e et facere / Ac p hoc facta no aliena sz sua / An forte opa
bona gentiu quasi sibi homines faciut sz ut pmitteret quod ipe facit illa
psciuit homines ee facturos / Non quidem sic aplus loquitur / filios qz deus
pmisit abrahe qui fidei eius uestigia sectarentur quod aptissime dicit / sz
si opa gentiu pmisit no fidem / pfecto qm no sut bona opa nisi ex fide / iustus
aut ex fide viuit / Et ome quod no e ex fide pctm e / et sn fide impossibile e placere

Deo nichilominus ut impleat quod promisit deus in hominum esse potestate / Nisi enim homo
faciat quod deo donante ad hominem pertinet / Non faciet ipse quod donet / hoc est
Nisi habeat homo fidem ex semetipso / non implet deus quod promisit sed ut opera
iusticie dentur ex deo / Ac per hoc ut promissa sua deus possit implere non esse in dei sed in
hominis potestate / Quod si veritas et pietas nos credere vetat / credamus cum Abraham
quem quae promisit potens est et facere / Promisit autem filios abrahe / quod esse non possunt
nisi habeant fidem / Ergo ipse donat et fidem / Sane cum apostolus dicat ideo ex
fide ut secundum gratiam firma sit promissio / miror homines infirmitati suae se malle
committere / quam firmitati promissionis dei / Sed incerta est michi de meipso inquit
voluntas dei / Quid ergo tua nec tibi voluntas de teipso certa est / Nec times / qui
videtur stare videat ne cadat / Cum igitur utraque incerta sit / cur non homo firmiori quam
infirmiori fidem suam / spem / caritatem committit / Sed cum dicitur inquiunt / Si credideris
salvus eris / unum horum exigitur / alterum offertur / Quod exigitur in hominis / quod
offertur in dei esse potestate / Cur non utrumque in dei / et quod iubet / et quod offert / Rogatur
enim ut det quod iubet / Rogant credentes ut sibi augeatur fides / Rogant pro
non credentibus ut eis donetur fides / Et in suis igitur incrementis et in suis inicijs
dei donum est fides / Sic autem dicitur si credideris / quemadmodum dicitur / si spiritu facta carnis
mortificaveritis / vivetis / Et ita et hic ex hijs duobus unum exigitur / alterum offertur /
Si spiritu inquit facta carnis mortificaveritis vivetis / Ut ergo spiritu facta carnis mor-
tificentur exigitur / Ut autem vivamus offertur / Num igitur placet ut facta carnis
mortificare non donum dei esse dicamus / Neque id donum dei esse fateamur quia
exigi a nobis audimus / premio vite si hoc fecerimus oblato / Absit hoc ut placeat
participibus et defensoribus gratie / pelagianorum est error iste dampnabilis / Quorum
mox apostolus ora obstruxit subiungens / Quicumque enim spiritu dei aguntur hij filij
sunt dei / Ne facta mortificare nos carnis non per dei sed per nostrum spiritum credamus /
De quo dei spiritu etiam ibi loquebatur ubi ait / Omnia autem haec operatur unus atque
idem spiritus / dividens propria unicuique prout vult / inter quae omnia / sicut scitis nominatur et
fidem / Sic ergo quamvis donum dei sit facta carnis mortificare / exigitur tamen
a nobis proposito premio vite / ita donum dei est et fides quamvis et ipsa cum dicitur
Si credideris salvus eris proposito premio salutis exigatur a nobis / Ideo enim hec
et nobis precipiuntur et dona dei esse monstrantur / ut intelligatur quod et nos ea
faciamus et deus facit ut nos ea faciamus / sicut per prophetam Ezechielem apertissime
dicit / Quid enim apertius quam ubi dicit / Ego faciam ut faciatis / Locum ipsum
scripture attendite / et videbitis illa deum promittere facturum se ut faciant quae iubet
ut fiant / Non sane ibi tacet merita eorum / sed mala quibus se ostendit reddere pro
malis bona hoc ipso quod eos facit habere deinceps opera bona cum ipse facit ut
faciant divina mandata / Sed omnis hec ratio qua defendimus gratiam dei per ihesum christum

·v· iij·

Gratiam vero dei non secundum merita nostra dari, quamvis evidentissime divinorum
eloquiorum testimoniis asseratur, tamen apud eos qui nisi aliquid sibi assignent quod priores
dent ut retribuatur eis, ab omni studio pietatis repelli se putant, laborat aliquanto
in etate maiorum iam utentium voluntatis arbitrio. Sed ubi venitur ad parvulos et ad
ipsum mediatorem dei et hominum hominem ihesum christum, omnis deficit precedentium gratiam dei
humanorum assertio meritorum, quia nec illi ullis bonis precedentibus meritis discernuntur a ceteris
ut pertineant ad liberatorem hominum, nec ille ullis humanis precedentibus meritis,
cum et ipse sit homo, liberator factus est hominum. Quis enim audiat quod dicuntur parvuli
pro suis futuris meritis in ipsa infantili etate baptizati exire de hac vita, et alii
non baptizati in eadem etate mori, quia eorum prescita sunt merita futura sed
mala, non eorum vita bona sed mala deo remunerante vel damnante, sed nullorum?
Plus quidem limitem fecit, quem transgredi non debeat humana, ut mitius loquar,
in tanta suspicione. Ait enim: Omnes astabimus ante tribunal christi, ut ferat unusquisque
secundum ea que per corpus gessit, sive bonum sive malum. Gessit, inquit; non adiunxit
vel gesturus fuit. Sed unde hoc talibus viris venit in mentem nescio, ut futura que non
sunt futura puniantur aut honorentur merita parvulorum. Cur autem dictum est secundum ea
que per corpus gessit homines, indubitanter? Cum gerantur multa solo animo, non per corpus
nec per ullum corporis membrum, et plerumque tam magna ut talibus cogitationibus
pena iustissima debeatur. Sicuti est, ut alia taceam, quod dixit insipiens
in corde suo non est deus. Quid est ergo secundum ea que per corpus gessit, nisi secundum
ea que gessit eo tempore quo in corpore fuit, ut per corpus intelligamus corporis tempus?
Post corpus autem nemo erit in corpore nisi in resurrectione novissima, non ad
ulla merita comparanda, sed ad recipienda pro bonis meritis premia, pro malis
luenda supplicia. Hoc autem medio tempore inter depositum et receptum corpus secundum ea
que gesserunt per corporis tempus sive cruciantur anime sive requiescunt. Ad quod tempus
corporis pertinet etiam quod pelagiani negant, sed christi ecclesia confitetur, originale
peccatum. Quo sive soluto per dei gratiam, sive per dei iudicium non soluto, cum moriuntur
infantes, aut merito regenerationis transeunt ex malis ad bona, aut merito
originis transeunt ex malis ad mala. Hoc catholica fides novit. In hoc etiam
nonnulli heretici sine ulla contradictione consentiunt. Iudicari autem quemquam non secundum merita
que habuit quamdiu fuit in corpore, sed secundum merita que fuerat habiturus si diutius vixisset
in corpore, unde opinari potuerunt homines quorum ingenia non esse contemptibilia
vestre indicant littere, mirans et stupens reperire non possum, nec credere auderem
nisi vobis non credere non auderem. Sed spero affuturum deum, ut commoniti cito videant
ea que dicuntur futura fuisse peccata, si per dei iudicium hi qui baptizati sunt possunt
iure puniri, etiam dei gratia baptizatis posse dimitti. Quicumque enim dicit puniri
tantum deo iudice ante futura peccata, dimitti autem deo miserante non posse, cogitare

debet quantam deo faciat gratiae eius iniuriam · quod futurum peccatum praenosci possit nec possit
ignosci / Quod si absurdum est magis ergo futuris si diu viverent peccatoribus qui in prima
etate moriuntur lavacro quo peccata diluuntur debuit subvenire / Quod si forsitan dicunt
penitentibus peccata dimitti / et ideo istos non baptisari puerula etate morientes quia praesciti
sunt si viverent penitentiam non acturi / Eos autem qui baptisantur et parvuli de corporibus
exeunt deum praescisse acturos penitentiam si viverent / attendant et videant si ita est non ita
in parvulis sine baptismate morientibus peccata originalia vindicantur / sed sua cuiusque futura
si viveret / Item baptizans non originalia dilui sed sua futura si viveret quoniam
non posset nisi in maiore etate peccare / sed alios acturos penitentiam alios non acturos
fortasse praescisos a deo alios baptizatos alios sine baptismo exisse de hac vita /
Hoc si auderet pelagiani non tam laboraret negando originale peccatum querere parvulis
extra regnum dei nescio cuius sine felicitatis [locum] maxime cum convincuntur non eos
habere posse vitam eternam quia non manducaverunt nec biberunt sanguinem hominis Christi /
Et quia in eis qui nullum habent omnino peccatum falsus est baptismus qui in remissionem
traditur peccatorum / Dicerent enim prorsus nullum esse peccatum originale / sed pro suis futuris
si viverent meritis vel baptizari vel non baptizari eos qui de corpore solvuntur infantes /
Et pro suis futuris meritis eos vel accipere vel non accipere corpus et sanguinem Christi /
sine quo vitam prorsus habere non possunt / et in veram remissionem peccatorum baptizari /
quamvis nullum ex adam traherent quo remittuntur eis peccata de quibus illis deus
penitentiam praescivit facturos / Ita facillime agerent ac obtinerent causam suam qua negant
esse peccatum originale / et gratiam dei non dari secundum merita nostra contendunt / Sed quia hominum
futura que non sunt futura procul dubio nulla sunt merita / et hoc videre facillimum
est / ideo nec pelagiani hoc dicere potuerunt / et multomagis nec isti dicere debu
erunt / Dici enim non potest quam moleste feram quod viderunt pelagiani esse facillimum
et absurdissimum / hoc non vidisse istos qui nobiscum errorem illorum hereticorum katho
lica auctoritate condempnant / Scribit librum de mortalitate Cyprianus · multis ac pene
omnibus qui ecclesiasticas litteras amant / laudabiliter notum / In quo quippe dicit / Non solum
non esse fidelibus inutilem mortem / verum etiam utile reperiri / quoniam peccandi periculis
hominem subtrahit / et in non peccandi securitate constituit / Sed quid prodest / si etiam
futura que commissa non sunt peccata puniuntur / Agit tamen ille copiosissime atque
optime peccandi pericula nec deesse mista vita nec superesse perdita verum illud
testimonium ponit de libro sapientiae / Raptus est ne malicia mutaret cor eius / quod
a me quoque positum fratres istos respuisse dixistis / tamquam non de libro canonico adhibitum /
Quasi et excepta huius libri attestatione res ipsa non clara sit quam volumus hinc
doceri / Quis enim audeat christianus negare iustum si morte praeoccupatus fuerit in refrigerio
futurum / Quilibet hoc dixerit quis homo sane fidei resistendum putabit / Si dixerit iustum
sed a sua iustitia recesserit in qua diu vixit et in ea fuit impietate defunctus

.a. iiii

In qua non unum annum sed unum diem vixit in penas iniquis debitas hunc venturum/
nisi sibi sua peccata pro futura iusticia/ huic perspicue veritati quis fidelium contradicit/
porro si queratur a nobis utrum si tunc esset mortuus quando erat iustus penas
esset in venturus/ an requiem/ Nunquid requiem eundem dubitamus/ hec est tota causa
cur dictum est a quocunque sic dictum/ raptus est ne malicia mutaret intellectum eius
Dictum est enim secundum pericula vite huius/ non secundum prescientiam dei/ qui hoc prescivit quod
futurum erat/ non quod futurum non erat/ id est/ quod ei mortem immaturam fuerat largi-
turus ut temptationibus subtraheretur incerto/ non quod peccaturus esset qui mansurus
in temptatione non esset/ De hac quippe vita legitur in libro iob Nunquid
non temptatio est vita humana super terram/ Sed quare aliis concedatur ex huius vite
periculis, cum iusti sint auferantur/ alii non iusti donec a iusticia cadant in eisdem
periculis vita productiore teneantur/ quis cognovit sensum domini/ Et tamen hinc
intelligi datur/ etiam illis iustis qui bonos pios mores usque ad senectutis
maturitatem et diem vite huius ultimum servant/ Non in suis meritis sed in domino
esse gloriandum/ Quoniam qui vite brevitate rapuit iustum ne malicia mutaret intellectum
eius/ ipse in quantacunque vite longitudine custodit iustum ne malicia mutaret
intellectum eius/ Cur autem hic tenuerit casurum quem priusquam caderet
hinc posset auferre/ iustissima sed inscrutabilia sunt iudicia eius/ Que cum
ita sint/ non debuit repudiari sententia libri sapientie/ qui meruit in ecclesia dei de gradu
lectoris ecclesie Christi tam longa annositate recitari/ Et ab omnibus christianis ab
episcopis usque ad extremos laycos fideles penitentes cathecuminos cum veneratione
divine auctoritatis audiri/ Certe enim si de divinarum scripturarum tractatoribus qui fuerunt
ante nos proferam defensionem huiusmodi sententiarum quam nunc solito diligentius
atque copiosius contra novum pelagianorum defendere cogimur errorem/ hoc est gratiam
dei/ non secundum merita nostra dari et gratis dari cui datur/ quia neque volentis neque
currentis sed miserentis est dei/ iusto autem iudicio non dari cui non datur/ quia non
est iniquitas apud deum/ Si huius ergo sententie defensionem ex divinorum eloquiorum
nos precedentibus catholicis tractatoribus promerem/ profecto hii fratres pro quibus nunc
agimus acquiescerent/ hoc enim significastis litteris vestris/ Quid igitur opus est ut eorum
scrutentur opuscula/ qui priusquam ista heresis oriretur non habuerunt necessitatem
in hac difficili ad solvendum questione versari/ Quod proculdubio facerent si respondere
talibus cogerentur/ unde factum est ut de gratia dei quid sentirent breviter
quibusdam scriptorum suorum locis et transeunter attingerent/ immorarentur vero
in eis que adversus inimicos ecclesie disputabant/ Et in exhortationibus ad
quasque virtutes quibus deo vivo et vero pro adipiscenda vita eterna et vera
felicitate servitur/ frequentationibus autem orationum simpliciter apparebat dei gratia quid
valeret/ Non enim poscerentur de deo que precipit fieri nisi ab illo donaretur ut

fierent. Sed qui studiis tractatorum instrui volunt, oportet ut ipsi librum sapientiae
ubi legitur: Raptus est ne malitia mutaret intellectum eius, omnibus trac-
tatoribus anteponant, quoniam sibi eum anteposuerunt etiam temporibus proximi apostolorum
egregii tractatores, qui eum testem adhibentes, nihil se adhibere nisi divinum
testimonium crediderunt. Et certe beatissimum Cyprianum disputasse constat, ut beneficium
mortis ostenderet, a peccatorum periculis eripi eos qui hanc vitam finiunt
in qua peccari potest. In eodem quippe libro ait inter cetera: Cur non tu cum Christo futurus
et de domini pollicitatione securus, quod ad Christum voceris amplecteris, et quod dyabolo careas
gratularis. Et alio loco: Pueri inquit periculum lubricae aetatis evadunt. Itemque alio:
Quid non inquit properamus et currimus, ut patriam nostram videre, ut parentes salutare
possimus? Magnus illic nos carorum numerus exspectat, parentum, fratrum, filiorum, frequens
nos et copiosa turba desiderat, iam de sua incolumitate secura, adhuc de
nostra salute sollicita. His atque huiusmodi doctor ille sententiis in catholicae fidei luce
clarissima satis aperte testatur usque ad huius corporis depositionem temptandi pericula
temptationesque metuendas. Deinde nulla talia quemquam esse passurum. Quod et si non
testaretur, quis de hac re christianus quamlibet dubitaret? Quo igitur homini lapso et in
eodem lapsu istam vitam miserabiliter finienti atque in penas eunti talibus debitas,
quomodo non plurimum summeque prodesset, si ex hoc temptationum loco prius
quam ~~moreretur~~ laberetur morte raperetur? Ac per hoc si absit nimis inconsiderata contentio, tota
questio ista finita est de illo qui raptus est ne malitia mutaret intellectum eius.
Nec ideo liber sapientiae qui tanta numerositate annorum legi meruit in ecclesia Christi, in quo
et hoc legitur, pati debet iniuriam, quia resistit eis qui pro meritis hominum falluntur,
ut veniant contra dei manifestissimam gratiam, quae maxime apparet in parvulis. Quorum
cum alii baptizati, alii non baptizati vitae huius terminum sumunt, satis indicant misericordiam
et iudicium; misericordiam quidem gratuitam, iudicium debitum. Si enim iudicarentur homines
pro meritis suae vitae quae non habuerunt morte praeventi, sed habituri essent si viverent,
nihil prodesset ei qui raptus est ne malitia mutaret intellectum eius, nihil
prodesset eis qui lapsi moriuntur, si ante morerentur, quod nullus dicere christianus audebit.
Quocirca non debent fratres nostri qui nobiscum pro catholica fide perniciem pelagiani
erroris impugnant, huic pelagianae intantum favere sententiae, qua opinatur gratiam
dei secundum merita nostra dari, ut quod illi audere non possunt sententiam veram, plane et
antiquitus christianam: raptus est ne malitia mutaret intellectum eius, destruere moliantur,
et id astruere quod non dico crediturum sed somniaturum neminem putaremus, secundum
ea scilicet iudicari quemquam mortuorum quae gesturus fuerat si tempore prolixiore vixisset. Ita
quippe clarescit invictum esse quod dicimus, gratiam dei non secundum merita nostra dari, ut huic veritati
contradicentes ingeniosi homines haec ab omnium auribus et cogitationibus abigenda dicere cogerentur.
Est etiam praeclarissimum lumen praedestinationis et gratiae ipse salvator, ipse mediator
dei et hominum homo Christus Ihesus, qui ut hoc esset quibus tandem suis vel operum vel

. c. iiij.

Videi precedentibus meritis natura humana que in illo est comparavit. Respondeat queso
ille homo, ut a verbo patri coeterno in unitate persone assumptus filius dei unigenitus
esset, unde hoc meruerit. Quod eius bonum qualecumque precessit. Quid egit ante. Quid credidit
quid petivit ut ad hanc ineffabilem perveniret excellentiam. Nonne faciente ac susci
piente verbo, ipse homo ex quo esse cepit, filius dei unicus esse cepit. Nonne filium dei
unicum femina illa gratia plena concepit. Nonne de spiritu sancto et virgine maria
dei filius unicus natus est. Non carnis cupidine, sed solo dei munere. Numquid me
tuendum fuit, ne accedente etate homo ille libero peccaret arbitrio. Aut ideo in illo
non libera voluntas fuit. Ac non tanto magis erat, quanto magis servire peccato
non poterat. Nempe ista omnia singulariter admiranda et alia si qua eius propria
verissime dici possunt, singulariter in illo accepit humana, hoc est nostra natura nullis suis
precedentibus meritis. Respondeat hic homo deo si audeat et dicat cur non ego. Et si
audierit. O homo tu quis es ut respondeas deo. Nec sic cohibeat sed augeat
impudentiam et dicat quod audio. Tu quis es o homo cum sim quod audio id est homo
quod est ille de quo ago. Cur non sim quod et ille. At enim gratia ille talis ac tantus
est. Cur diversa est gratia ubi natura communis est. Certe non est acceptio personarum apud deum.
Quis non dico christianus sed insanus hec dicat. Appareat itaque nobis in nostro capite
ipse fons gratie, unde secundum uniuscuiusque mensuram se per cuncta eius membra diffundit
ea gratia. Fit ab initio fidei sue homo quicumque christianus qua gratia homo ille ab initio
suo factus est christus. De ipso spiritu et hic renatus de quo est ille natus. Eodem spiritu fit in
nobis remissio peccatorum quo spiritu factum est ut nullum haberet ille peccatum. Hec se deus
esse facturum profecto prescivit. Ipsa est igitur predestinatio sanctorum que in sancto sanctorum
maxime claruit. Quam negare quis potest recte intelligentium eloquia veritatis.
Nam et ipsum dominum glorie in quantum homo factus est dei filius predestinatum esse
didicimus. Clamat doctor gentium in capite epistolarum suarum. Paulus servus christi ihesu
vocatus apostolus segregatus in evangelium dei quod ante promiserat per prophetas suos
in scripturis sanctis de filio suo qui factus est ei ex semine david secundum carnem qui predesti
natus est filius dei in virtute secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum.
Predestinatus est ergo ihesus ut qui futurus erat secundum carnem filius david esset tamen
in virtute filius dei secundum spiritum sanctificationis quia natus est de spiritu sancto ex maria virgine.
Ipsa est illa ineffabiliter facta hominis a deo verbo susceptio singularis, ut filius dei
et filius hominis simul, et filius hominis propter susceptum hominem, et filius dei propter
suscipientem unigenitum deum veraciter et proprie diceretur, ne non trinitas sed quaternitas
crederetur. Predestinata est ista nature humane tanta et tam celsa et summa subvectio
ut quo attolleretur altius non haberet. Sicut pro nobis ipsa divinitas quousque se depo
neret humilius non habuit quam suscepta natura hominis cum infirmitate carnis usque
ad mortem crucis. Sicut ergo predestinatus est ille unus ut caput nostrum esset
ita multi predestinati sumus ut membra eius essemus. Humana hic merita conticescant
que perierunt per adam. Et regnet que regnat dei gratia per ihesum christum dominum nostrum

singularis
Unicum dei filium nostrum dominum. Quisquis in capite nostro praecedentia merita singulis illius
generationis invenerit, ipse in nobis membris eius praecedentia merita multiplicatae
regenerationis inquirat. Neque enim retributa est Christo illa generatio sed tributa ut alienus
ab omni obligatione peccati de spiritu et virgine nasceretur. Sic et nobis ut ex aqua
et spiritu renasceremur non retributum est pro aliquo merito sed gratis tributum. Et si nos
ad lavacrum regenerationis fides duxit, non ideo putare debemus priores nos
dedisse aliquid, ut retribueretur nobis regeneratio salutaris. Ille quippe nos fecit
credere in Christum, qui nobis fecit in quem credimus Christum. Ille facit in hominibus prin-
cipium fidei et perfectorem Iesum. Sic enim est appellatus ut scitis in epistola ad He-
breos. Vocat enim praedestinatos multos filios suos ut eos faciat membra praedesti-
nati unici filii sui. Non ea vocatione qua vocati sunt et noluerunt venire ad
nuptias. Illa quippe vocatione et iudei vocati sunt quibus Christus crucifixus
scandalum est, et gentes quibus crucifixus stultitia est, sed ea vocatione praedestinatos
vocat quam distinxit apostolus dicens: Ipsis autem vocatis iudeis et grecis praedicare
se Christum dei virtutem et dei sapientiam. Sic enim ait. Ipsis autem vocatis ut eos
ostenderet non vocatos sciens esse quandam certam vocationem eorum qui secundum
propositum vocati sunt quos praescivit et praedestinavit conformes ymaginis filii sui.
Quam vocationem significans ait: Non ex operibus sed ex vocante dictum est ei quia maior
serviet minori. Numquid dixit non ex operibus sed ex credente? Prorsus etiam hoc abstulit
homini ut totum daret deo. Dixit ergo sed ex vocante non quacumque vocatione
sed qua fit credens. Hanc intuebatur etiam cum diceret: Sine penitentia sunt dona et vo-
catio dei. Nam et ibi quid agebatur paulisper advertite. Cum igitur dixisset
Nolo vos ignorare fratres mei sacramentum hoc ut non sitis vobis sapientes.
quia caecitas ex parte in Israel facta est donec plenitudo gentium intraret, et sic
omnis Israel salvus fieret ut scriptum est. Veniet ex Syon qui eripiat et avertat
impietatem a Iacob, et hoc illis a me testamentum cum abstulero peccata eorum. Mox
addidit quod diligenter intelligendum est: Secundum evangelium quidem inimici propter vos,
secundum electionem autem dilecti propter patres. Quid est secundum evangelium quidem inimici propter vos
nisi quia eorum inimicitia qua occiderunt Christum evangelio sicut videmus sine dubitatione
profecit. Et hoc ostendit ex dei dispositione venisse qui bene uti novit et malis, non
ut ei prosint vasa irae, sed ut ipso illis bene utente prosint vasis misericordiae. Quid enim
apertius dici potuit quam id quod dictum est: Secundum evangelium quidem inimici propter vos. Est
ergo in malorum potestate peccare. Ut autem peccando hoc vel hoc illa malicia
faciat, non est in eorum potestate, sed dei dividentis tenebras et ordinantis eas.
Ut hinc etiam quod faciunt contra voluntatem dei non impleatur nisi voluntas
dei. Legimus in actibus apostolorum quod cum dimissi a iudeis apostoli venissent ad suos
et indicassent quanta eis sacerdotes et seniores dixerunt, levaverunt illi vocem
unanimes omnes ad deum et dixerunt: Domine tu es qui fecisti celum et terram

c iiij.

Mare et omnia que in eis sunt / Qui per os patris nostri dauid sancti pueri tui dixisti / Quare fremuerunt gentes et populi meditati sunt inania Astiterunt reges terre et principes conuenerunt in unum aduersus dominum et aduersus christum eius / Conuenerunt enim in ueritate in ciuitate ista aduersus sanctum puerum tuum Jhesum quem unxisti herodes et pylatus et populus israel facere quanta manus tua et consilium predestinauit fieri / Ecce quod dictum est secundum euangelium quidem inimici propter uos / Tanta quippe ab inimicis iudeis manus dei et consilium predestinauit fieri / quanta necesse fuerat euangelio propter nos / Sed quid est quod sequitur / secundum electionem autem dilecti propter patres / Numquid illi inimici qui in suis inimicitiis perierunt / et aduersantes christo de gente ipsa adhuc pereunt / ipsi sunt electi atque dilecti absit / Quis hoc uel stultissimus dixerit Sed utrumque inter se contrarium i. inimici et dilecti / quamuis non in eosdem homines / tamen in eandem gentem conuenit iudeorum et ad idem carnale semen israel / aliis eorum ad claudicationem aliis ad benedictionem israel ipsius pertinentibus / Hunc enim sensum apertius superius explicauit ubi ait / Quod querebat israel hoc non est consecutus / electio autem consecuta est. / Ceteri uero excecati sunt / In utrisque tamen ipse idem israel / Ubi ergo audimus israel non est consecutus / uel ceteri excecati sunt / ibi intelligendi sunt inimici propter nos / Ubi uero audimus electio autem consecuta est ibi intelligendi sunt dilecti propter patres quibus patribus utique ista promissa sunt / Abrahe quippe dicte sunt promissiones et semini eius / Unde et in ista olea oleaster inseritur gentium / Iam porro electionem quam dicit · quia secundum gratiam non secundum debitum / sed utique que facta est quoniam reliquie per electionem gratie salue facte sunt / Hec electio consecuta est ceteris excecatis / Secundum hanc electionem israelite dilecti propter patres continuo subiecit apostolus / Sine penitentia enim sunt dona et uocatio dei / sine mutatione stabiliter fixa sunt / Ad hanc uocationem qui pertinent omnes sunt dociles dei / Nec potest eorum quisquam dicere Credidi ut sic uocarer · / Preuenit eum quippe misericordia dei quia sic est uocatus ut crederet / Omnes enim dociles dei ueniunt ad filium quoniam audierunt et didicerunt a patre per filium / qui euidentissime dicit Omnis qui audiuit a patre et didicit uenit ad me / Istorum autem nemo perit quia Omne quod dedit ei pater non perdet ex eo quicquam / Qui ergo inde est / omnino non perit / Nec inde erant qui perierunt / propter quod dictum est / Ex nobis exierunt / sed non erant ex nobis · Nam si fuissent ex nobis mansissent utique nobiscum / Intelligamus ergo uocationem qua fiunt electi / non qui eliguntur quia crediderunt / sed qui eliguntur ut credant / Hanc enim et dominus ipse satis aperit ubi dicit / Non uos me elegistis sed ego elegi uos · / Nam si propterea electi erant quia crediderant / ipsi eum prius utique elegerant credendo in eum ut eligi mererentur / Aufert autem hoc omnino qui dicit Non uos me elegistis sed ego uos elegi / Et ipsi quidem proculdubio elegerunt eum quando crediderunt in eum / Unde non ob aliud dicit Non me elegistis sed ego elegi uos / nisi quia non elegerunt ut eligeret eos sed ut eligerent eum elegit eos quia misericordia eius preuenit eos secundum gratiam non secundum debitum / Elegit ergo eos de mundo cum hic ageret in carne

Sed iam electos in se ipso ante mundi constitutionem. Hec est immobilis veritas predestinacionis
et gracie. Nam quid est quod ait apostolus: Sicut elegit nos in ipso ante mundi
constitutionem? Quod profecto si propterea dictum est quia prescivit deus credituros, non quia
facturus fuerat ipse credentes, contra istam prescienciam loquitur filius dicens:
Non vos me elegistis sed ego vos elegi; cum hoc potius prescierit deus quod ipsi eum
fuerant electuri ut ab illo eligi mererentur. Electi sunt itaque ante mundi consti-
tucionem ea predestinacione in qua deus sua futura facta prescivit. Electi sunt autem
de mundo ea vocacione qua deus id quod predestinavit implevit. Quos enim
predestinavit ipsos et vocavit, illa scilicet vocacione secundum propositum. Non ergo alios,
sed quos predestinavit ipsos et vocavit. Nec alios sed quos ita vocavit ipsos
et iustificavit. Nec alios sed quos predestinavit vocavit iustificavit, ipsos et
glorificavit, illo utique fine qui non habet finem. Ergo elegit deus fideles, sed ut sint,
non quia iam erant. Apostolus Iacobus dicit: Nonne deus elegit pauperes in hoc mundo
divites in fide et heredes regni quod repromisit deus diligentibus se. Eligendo ergo
facit divites in fide sicut heredes regni. Recte quippe in eis hoc eligere dicitur
quod ut in eis faciat eos elegit. Rogo quis audiat dominum dicentem: Non
vos me elegistis sed ego vos elegi, et audeat dicere credere homines ut eligantur,
cum potius eligantur ut credant, ne contra sententiam veritatis priores iudicentur ele-
gisse Christum quibus dicit Christus: Non vos me elegistis sed ego vos elegi. Quis
audiat apostolum dicentem: Benedictus deus et pater domini nostri Ihesu Christi qui nos
benedixit in omni benedictione spirituali in celestibus in Christo, sicut elegit nos in
ipso ante mundi constitutionem ut essemus sancti et immaculati in conspectu eius in caritate,
predestinans nos in adopcionem filiorum per Ihesum Christum in ipsum secundum placitum voluntatis
sue, in qua gratificavit nos in dilecto filio suo, in quo habemus redempcionem per sanguinem
ipsius remissionem peccatorum secundum divicias gracie eius que habundavit in nos
in omni sapiencia et prudencia, ut ostenderet nobis misterium voluntatis sue secundum
bonam voluntatem suam quam proposuit in illo in dispensacionem plenitudinis temporum instaurare
omnia in Christo que in celis sunt et que in terra in ipso, in quo eciam et nos sorte consecuti
sumus predestinati secundum propositum qui universa operatur secundum consilium voluntatis
sue ut simus in laudem glorie eius. Quis inquam hec audiat diligenter et intel-
ligenter et audeat de hac re quam defendimus tam clara veritate dubitare?
Elegit deus in Christo ante mundi constitutionem membra eius. Et quomodo eligeret
eos qui nondum erant nisi predestinando? Elegit ergo predestinans nos. Numquid
elegit impios et immundos? Nam si quod proponatur utrum hos eligat an potius
sanctos et immaculatos, quis hoc dubitet, quis requirat? Ac non statim ferat
pro sanctis immaculatisque sentenciam? Presciebat ergo ait Pelagianus qui erant futuri
sancti et immaculati per libere voluntatis arbitrium, et ideo eos ante mundi constitutionem
in ipsa sua presciencia qua tales sanctos immaculatos prescivit. Utique ipse non fecit

Nec se facturum sed ipsos futuros esse predixit. Intueamur ergo verba apostoli atque
videamus utrum propterea nos elegerit ante mundi constitutionem quia sancti et immacu
lati futuri eramus an ut essemus. Benedictus inquit deus et pater domini nostri ihesu
christi qui nos benedixit in omni benedictione spirituali in celestibus in christo sicut
elegit nos in ipso ante mundi constitutionem ut essemus sancti et immaculati. Non ergo
quia futuri eramus sed ut essemus. Nempe certum est, nempe manifestum est. Ideo quippe
tales futuri eramus quia elegit ipse predestinans ut tales per graciam eius essemus.
Ita nos ergo benedixit benedictione spirituali in celestibus in christo ihesu sicut elegit
nos in ipso ante mundi constitutionem ut essemus sancti et inmaculati in conspectu
eius in caritate predestinans nos in adoptionem filiorum per ihesum christum in ipsum.
Deinde quid adiungat attendite. Secundum placitum inquit voluntatis sue,
ne in tanto beneficio gratie de placito glorietur voluntatis nostre. In qua gratificavit
nos inquit in dilecto filio suo. In qua utique voluntate sua gratificavit nos. Sic
dictum est gratificavit a gratia sicut iustificavit dicitur a iusticia. In quo habemus
inquit redemptionem per sanguinem ipsius remissionem peccatorum secundum divitias gratie
eius que habundavit in nobis misterium voluntatis sue secundum bonam voluntatem
suam, non secundum nostram que bona esse non posset nisi ipse secundum voluntatem suam.
In hoc misterio voluntatis sue posuit divitias gratie sue secundum bonam voluntatem
suam ut bona fieret subveniret. Cum autem dixisset secundum bonam voluntatem
suam, subiecit quam proposuit in illo id est in dilecto filio suo in dispensationem plenitudinis
temporum instaurare omnia in christo que in celis sunt et que in terris in christo. In quo
etiam et sortem consecuti sumus predestinati secundum propositum eius qui universa operatur
secundum consilium voluntatis sue ut simus in laudem glorie eius. Nimis longum
est de singulis disputare. Cernitis autem procul dubio cernitis qua manifesta
tione apostolici eloquii defendatur hec gratia contra quam extolluntur humana
tamquam homo aliquid det prior ut retribuatur ei. Elegit ergo deus ante mundi
constitutionem predestinans nos in christo in adoptionem filiorum, non quia per nos sancti
et immaculati futuri eramus sed elegit predestinavit ut essemus. Fecit autem
hoc secundum placitum voluntatis sue ut nemo de sua sed de illius erga se
voluntate glorietur. Fecit hoc secundum divitias gratie sue, secundum bonam voluntatem suam
quam proposuit in dilecto filio suo in quo sortem consecuti sumus predestinati
secundum propositum, non nostrum, sed eius qui universa operatur usque adeo ut ipse in
nobis operetur et velle. Operatur autem secundum consilium voluntatis sue ut
simus in laudem glorie eius. Hinc est quod clamamus ut nemo glorietur in homine
ac per hoc nec in seipso, sed qui gloriatur in domino glorietur ut simus in laudem
glorie eius. Ipse quippe operatur secundum propositum suum ut simus in laude glorie eius
utique sancti et inmaculati. Propter quod nos vocavit predestinans ante constitutionem

Mundi, sed hoc proposito eius est illa electio propter quod vocatio quibus omnia cooperantur
in bonum, quia secundum propositum vocati sunt sancti, et sine penitentia sunt dona et
vocatio dei. Sed hii nunc de quibus vel pro quibus nunc agimus, forsitan dicunt pela
gianos hoc apostolico testimonio refutari ubi dicit nos electos in christo et predesti
natos ante mundi constitutionem ut essemus sancti et immaculati in conspectu eius in
caritate. Ipsi enim putant acceptis preceptis iam per nos ipsos fieri libere voluntatis
arbitrio sanctos et immaculatos in conspectu eius in caritate. Quod futurum deus quoniam
prescivit inquiunt ideo nos ante mundi constitutionem elegit et predestinavit in christo.
Cum dicat apostolus, non quia futuros tales nos esse prescivit, sed ut essemus tales
per ipsam electionem gratie sue qua gratificavit nos in dilecto filio suo. Cum ergo
nos predestinavit opus suum prescivit quo nos sanctos et immaculatos facit.
Unde recte hoc testimonio pelagianus error arguitur. Nos autem dicimus
inquiunt nostram deum non prescisse nisi fidem qua credere incipimus et ideo nos
elegisse ante mundi constitutionem et predestinasse ut sancti et immaculati gratia
atque opere eius essemus. Sed audiant et ipsi in hoc testimonio ubi dicit. Sorte
constituti sumus predestinati secundum propositum eius qui universa operatur. Vocationem
quippe illam de qua dictum est, sine penitentia sunt dona et vocatio dei.
et de qua dictum est non ex operibus sed ex vocante, cum posset dicere sed ex credente
electionem quam significat dominus dicens, Non vos me elegistis sed ego elegi vos,
nec fides ipsa precedit. Non enim quia credidimus, sed ut credamus elegit nos ne
priores ipsum elegisse dicamur falsumque sit quod absit, Non vos me elegistis sed ego
vos elegi. Nec quia credidimus sed ut credamus vocamur atque illa vocatione
que sine penitentia est id est prorsus agitur et peragitur ut credamus. Nec omnia repli
canda sunt de hac re tam multa que diximus. Denique et in huius testimonii
consequentibus deo gratias agit apostolus propter eos qui crediderunt. Non utique quoniam
eis annunciatum est evangelium, sed quoniam crediderunt. Ait enim, In quo et vos audientes
verbum veritatis evangelium salutis vestre in quo credentes signati estis spiritu promis
sionis sancto qui est pignus hereditatis nostre in redemptionem acquisitionis in laude
glorie ipsius. Propter quod et ego audita fide vestra in christo iesu et in omnes sanctos
non cesso gratias agere pro vobis. Nova erat et recens eorum fides predicato sibi
evangelio. Qua fide audita, gratias deo pro eis agit apostolus. Si homini gratias ageret
pro eo quod illud vel putaret prestitisse vel nosset, adulatio vel irrisio verius quam
gratiarum actio diceretur. Non errat deus, non irridetur. Donum enim eius est etiam
incipiens fides, ne apostoli falsa vel fallax gratiarum actio merito iudicetur. Quid illud
Nonne initium fidei apparet Thessalonicensium de quo tamen idem apostolus deo
gratias agit dicens, Ideo et nos deo gratias agimus sine intermissione quoniam
percepistis a nobis verbum auditus dei, excepistis, non ut verbum hominum sed sicut est vere

J · iiij

Verbu̅ dei qui op̅atur in nobis qui credidistis / Quid e̅ qd̅ hic deo gra̅s agit
/ Nempe q̅m̅ e̅ atq̅ clare q̅ cui gra̅s agit h ipe no̅ facit / Sz qz hoc vanu̅ et
mane non e̅ a xp̅o deus cui de hoc ope gra̅s agit ipe facit / Et cu̅ p̅cepissent
ab ap̅lo verbu̅ auditus dei / exceperunt illud no̅ ut v̄bu̅ ho̅m̅ vocat̅ illa
sc̅dm̅ p̅positu̅ sui de qua multu̅ locuti sum̅ no̅ ut mani̅ᶠ audiat eu̅m̅ q̅
eo audito q̅ltant et credant / Exceperunt no̅ ut verbu̅ ho̅m̅ q̅ sicut e̅ vere ·
verbu̅ dei / Illud etiam i̅tm̅ fidei ho̅m̅ donu̅ dei e̅e nos ad monet / Cu̅ hoc
sig̅ficet dicens ap̅lus in ep̅la ad Colosenses / Oroni instate vigilā̅s in illa
in gra̅r̅ actōe orantes simul et p̅ nobis ut deus ap̅iat nobis ostiu̅ verbi
sui ad loquendu̅ misteriu̅ xp̅i / p̅p̅t quod et victꝰ su̅ ut manifestem id ita ut oz me
loqui / quo ap̅itur ostiu̅ verbi / n̄ cu̅ sensꝰ ap̅it̄ audientis ut credat / Et i̅ tio
fidei facto ea que ad edifficandu̅ salubrem doctrina̅ p̅dicant̄ et disputant̄
Ne p̅ infidelitate corde clauso ea que dicunt̄ imp̄bet ac repellat / Vn̄ et ad Cor·
ait permanebo aut̄ Ephesi · usq̅ ad penthecosten / Ostiu̅ eni̅ michi ap̅tu̅ e̅ mag
nu̅ et euidens et aduersarij multi / Quid hic aliud p̅t intelligi nisi p̅dicato
ibi p̅ eu̅ p̅mitꝰ eu̅ng̅º credidisse multos et multos eiusdem fidei adu̅sarios
extitisse / Sc̅dm̅ illud dn̄i Nemo uenit ad me nisi fuit̄ ei datu̅ a p̅re meo
/ Et nobis datu̅ est nosse misteriu̅ regni celoꝝ illis aute̅ no̅ e̅ datu̅ / Ostiu̅
ergo ap̅tu̅ e̅ in eis quibꝫ datu̅ e̅ / Adu̅sarij aut̄ m̄ti ex eis quibꝫ no̅ e̅ datu̅
Itemq̅ ad eosdem in 2ª ep̅la idem ap̅lus / Cu̅ uenissem aut̄ in troade in
eu̅ng̅ᵐ xp̅i et ostiu̅ michi ap̅tu̅ eet̄ in dn̄o / no̅ hui requie̅ sp̅ui meo qd̅
no̅ i̅uenī tytu̅ fr̅m̄ meu̅ q̅ uale illis faciens exij in macedonia / quibꝫ
valefecit nisi eis qui crediderat / In quoꝝ s̄ cordibꝫ eu̅ngelizā̅ti ap̅tu̅ est
ostiu̅ / Quid aut̄ adiungat attendite / Deo aut̄ gra̅s qui semp̅ triu̅phare
nos facit in xp̅o et odorem notitie sue manifestat p̅ nos in oi̅ loco qz
xp̅i bonus odor sum̅ deo in hijs qui salui fiu̅t et in hijs qui p̅eunt
/ Quibusda̅ quid̄ odor mortis in mortem quibusdam aut̄ uite in uita̅ &c
Vnde gra̅s agit miles acerrimꝰ et defensor inuictissꝰ gr̅e / Ecce vn̄ gra̅s
agit qz xp̅i bonꝰ odor sit ap̅li deo / et in hijs qui salui fiu̅t gr̅a eius /
/ et in hijs qui p̅eunt iudicio eius / q̅ n̄ mi̅nꝰ sucensea̅t̄ hec paꝝ intelli
gentibus ipe admonet cu̅ adiungit et dicit / Et ad hᶜ quis ydoneꝰ / Vn̄ redeā̅
ad ostiu̅ ap̅tom̄ qua i̅n̄ti no̅ fidei audientiu̅ sig̅ficat ap̅lus / Quid e̅ · n ·
Orantes simul et p̅ nobis ut deus appeiat · nobis ostiu̅ verbi nō ap̅tis̄ · ·
sima demo̅trato etiam ipm̄ i̅ni̅tiu̅ fidei e̅e donu̅ dei / Non eni̅ orando
peteretur ab eo nisi ab ipo tribui crederetur hoc donu̅ celestis gr̅e in illa
pu̅pu̅raria descendat cui sicut scriptura dicit in actibꝫ ap̅loꝝ deus ap̅uerat
sensu̅ eius et intendebat in ea que a paulo dicebantur / Sic eni̅ uocabā̅
ut crederet / Agit quippe deus quod volt in cordibꝫ ho̅m̅ ut adiuuādo
ut iudicando / Nec etiam p̅ eos impleatur quod manꝰ eiꝰ ꝛ co̅siliu̅



p̅destinat

Predestinavit fieri, frustra itaque etiam illud quod regnorum et paralipomenon scripturarum
teste probavimus cum deus vult fieri quod non nisi volentibus hominibus oportet fieri, inclinat
eorum corda ut hoc velint scilicet eo inclinante, qui in nobis mirabili modo et ineffa-
bili operatur et velle, ad causam de qua disserimus non pertinere dixerunt, Quid est
aliud nisi nihil dicere et tamen contradicere nisi forte tunc eis hoc visum sit cum
nobis aliqua rescripserunt, quam vos in litteris vestris tacere maluistis, Sed que illa
esse possit ignoro, an forte quia ostendimus hoc deum egisse in cordibus hominum
et ad hoc perduxisse quorum ei placuit voluntates ut rex constitueretur Saul sive David,
Ideo hec exempla cause huic convenire non putant quoniam hoc non est temporaliter reg-
nare in hoc seculo quod est in eternum regnare cum domino, Ac per hoc existimant
ad regna terrena facienda deum inclinare, Ad regnum vero celeste obtinendum
deum non inclinare quorum voluerit voluntates, Sed puto propter regnum celorum non propter
regnum terrenum esse dictum, Inclina cor meum in testimonia tua, Vel a domino gressus
hominis diriguntur et viam eius volet, vel preparatur voluntas a domino, Vel
fiat dominus noster nobiscum sicut fuit cum patribus nostris non derelinquat nos nec
avertat nos a se, inclinet corda nostra ad se ut eamus in omnibus viis eius,
Vel dabo eis cor cognoscendi me et aures audientes, Vel dabo eis cor aliud
et spiritum novum dabo eis, Audiat etiam illud Spiritum meum dabo in vobis et
faciam ut in iustificacionibus meis ambuletis et iudicia mea observetis
et faciatis, Audiat, a domino diriguntur gressus viri mortalis autem quo
intelliget vias suas, Audiat, omnis vir videtur sibimet iustus, dirigit
autem corda dominus, Audiat Crediderunt quotquot erant ordinati in vitam eternam
Audiant hec et alia quecumque non dixi quibus ostendit deus ad regnum etiam
celorum et ad vitam eternam parare et convertere hominum voluntates, Cogitate
autem quale sit ut credamus ad constituenda regna terrena hominum voluntates
operari deum, et ad capessendum regnum celorum homines operari voluntates suas, Multa
diximus et fortasse iam dudum potuimus persuadere que volumus et adhuc
talibus ingeniis sic loquimur quasi obtusis quibus et quod nimium est non est satis,
Sed det veniam, Nova enim questio ad hoc nos compulit, Cum enim in operibus nostris opuscul-
is satis ydoneis testimoniis egissemus donum dei esse etiam fidei incrementum
est quod contradicitur ad hoc valere illa testimonia ut ostendat donum dei esse incrementum
fidei, Initium vero fidei quo ~~christus~~ in christum primitus creditur, ab homine ipso esse
nec esse donum dei, sed hoc exigere deum, ut cum id precesserit, cetera tamquam hoc merito con-
sequantur que dei dona sunt, nec ullum eorum dari gratis cum in eis dei gratia
que non nisi gratuita est predicetur, quod videtis quam sit absurdum, quapropter institimus
quantum potuimus, ut etiam ipsum initium fidei donum dei esse ostenderemus, Quod si
diutius fecimus quam forsitan vellent hii propter quos fecimus, hinc ab eis reprehendi
parati sumus, dum tamen et si multo diutius quam vellent, Et si cum fastidio atque tedio intel-
ligentium fateantur nos fecisse quod fecimus, Ipse etiam initium fidei sit contuentes parata

l. iiii

Iustitia pietate et cetera de quibus cum his nulla contentio est, donum dei esse docuisse.
Hic ergo sit huius voluminis terminus ne offendat nimis nimia longitudo.

## Liber de bono perseverantie beati Augustini episcopi.

Iam de perseverantia diligentius disputandum est. Nam et in priore libro
cum ageremus de initio fidei, etiam de hac aliqua diximus. Asserimus ergo
donum dei esse perseverantiam qua usque in finem perseveratur in christo. Finem autem dico,
quo vita ista finitur, in qua tantummodo periculum est ne cadatur. Itaque utrum quisque
hoc munus acceperit, quamdiu hanc vitam ducit, incertum est. Si enim priusquam
moriatur cadat, non perseverasse utique dicitur et verissime dicitur. Quomodo ergo perseverantiam
qui non perseveravit accepisse vel habuisse dicendus est? Nam si habeat aliquis continentiam
et ab ea decidat atque incontinens fiat, vel iustitiam similiter, si patientiam, fidem, recte
dicitur habuisse et non habere. Continens enim fuit, vel iustus fuit, vel patiens, vel
fidelis fuit, quamdiu fuit. Cum vero esse destitit, non est quod fuit. Qui vero non
perseveravit, quomodo perseverans fuit, cum perseverando quisque ostendat perseverantem se, quod
iste non fecit. Sed ne quisquam reluctetur et dicat: Si ex quo fidelis quisque
factus est vixit, verbi gratia, decem annos, et eorum medio tempore a fide lapsus est, nonne
quinque annos perseveravit? Non contendo de verbis. Si et illa perseverantia putatur
esse dicenda tamquam temporis sui, hanc certe de qua nunc agimus perse-
verantiam qua in christo perseveratur usque in finem nullo modo habuisse dicendus est
qui non perseveravit usque in finem. Potiusque hanc habuit unius anni fidelis et quantum
infra cogitari potest, si donec moreretur fideliter vixit, quam multorum annorum si exiguo
temporis ante mortem a fidei stabilitate defecit. Quo constituto videamus
utrum haec perseverantia de qua dictum est: Qui perseveraverit usque in finem hic salvus
erit, donum dei sit. Quod si non sit, quomodo verum est quod ait apostolus: Vobis donatum
est pro christo non solum ut credatis in eum, verum etiam ut patiamini pro eo. Horum
quippe unum pertinet ad initium, alterum ad finem, utrumque tamen est dei donum,
quia utrumque dictum est esse donatum, sicut et supra iam diximus. Quod enim
est initium verius christiano quam credere in christum? Quis finis melior quam
pati pro christo? Sed quod ad id pertinet ut credatur in christum, qualiscumque contentio
est contradicto ut donum dei non initium sed augmentum fidei dicatur. Cui opinioni
deo donante satis superque respondimus. Quid autem dicatur cur perseverantia usque in
finem non donetur in christo cui donatur pati pro christo, aut ut expressius eloquar,
cui donatur mori pro christo? Nam et petrus apostolus donum dei hoc esse demon-
strans: Melius est, inquit, benefacientes, si velit voluntas dei, pati quam male-
facientes. Cum dicit si velit voluntas dei, ostendit hoc divinitus donari non omnibus
sanctis ut pro christo patiantur. Neque enim quos non vult voluntas dei pervenire ad
experientiam gloriamque passionis, non perveniunt ad regnum dei si perseveraverint.

non

In christo usque in finem. Sed quibus dicitis non donari hanc perseverantiam qui consuetudine
corporis vel quotquot causa moriuntur in christo, cum longe difficilior donetur illis
a quibus suscipitur et mors ipsa pro christo. Multum quippe difficilius perseveratur
ubi hoc agit qui persequitur ne perseveretur, et propterea usque ad mortem sustinetur ut perseveretur.
Illam itaque difficilius perseverantiam, istam facilius est habere, sed cui nihil difficile
est facile est utramque donare. Hanc enim promisit deus dicens: Timorem
meum dabo in cor eorum ut a me non recedant. Quod quid est aliud quam talis ac tantus
erit timor meus quem dabo in cor eorum ut mihi perseveranter adhaereant. Cur autem
perseverantia ista poscitur a deo si non datur a deo. An et ista irrisoria petitio
est cum id ab eo petitur quod scitur non ipsum dare, sed ipso non dante esse in hominis potestate.
Sicut irrisoria est illa etiam actio gratiarum si ex hoc gratiae aguntur deo quod non do-
navit ipse nec fecit. Sed quod ibi dixi, hoc et hic dico: Nolite errare inquit
apostolus, deus non irridetur. O homo non verborum tuorum tantummodo verum etiam cogitationum
testis est deus. Si aliquid a tanto divite veraciter vel fideliter poscis, ab illo a
quo poscis te accipe unde quod poscis. Noli eum labiis honorare et super
eum corde te extollere credendo a te ipso tibi esse quod ab illo te fingis orare. An ab
illo perseverantia ista forte non poscitur. Iam hoc qui dicit non meis dispu-
tationibus refellendus sed sanctorum orationibus onerandus est. An vero quisquam eorum
est qui non sibi poscat a deo ut perseveret in eo, cum ipsa oratione quae dominica nuncupatur,
quia eam dominus docuit, quando oratur a sanctis nihil paene aliud quam perseverantia
posci intelligatur. Legite aliquanto attentius eius expositionem in beati Cypriani martyris
libro quem de hac re condidit, cuius est titulus de dominica oratione, et videte ante quot
annos contra ea quae futura erant pelagianorum venena quale sit antidotum
praeparatum. Nam tria sunt ut scitis quae maxime contra eos catholica defendit ecclesia. (Error pelagianorum)
Quorum est unum gratiam dei non secundum merita nostra dari, quoniam dei dona sunt et dei gratia
conferuntur etiam merita cuncta iustorum. Alterum est in quantacumque iustitia sine qua-
libuscumque peccatis in hoc corruptibili corpore neminem vivere. Tertium est obnoxium
nasci hominem peccato primi hominis et vinculo dampnationis obstrictum, nisi reatus
qui generatione contrahitur regeneratione solvatur. Horum trium hoc quod loco ultimo
posui solum non tractatur in supradicto gloriosi martyris libro. De duobus vero ceteris
tanta illic perspicuitate disseritur ut supradicti heretici novi inimici gratiae christi
longe ante convincantur quam nati. In his ergo meritis sanctorum quae nulla
nisi dei dona sunt, etiam perseverantiae donum dei esse sic loquitur: Dicimus inquit
Sanctificetur nomen tuum, non quod optemus deo ut sanctificetur orationibus nostris, sed quod
petamus ab eo ut nomen eius sanctificetur in nobis. Ceterum a quo deus sanctificatur
qui ipse sanctificat. Sed quia ipse dixit: Sancti estote quoniam et ego sanctus sum,

.n. iiij.

Id petimus et rogamus ut qui in baptismo sanctificati sumus / in eo quod esse cepimus
perseveremus / Et paulo post de ipsa re adhuc disputans et docens nos perseverantiam
petere a domino / quod nullo modo recte ac veraciter fieret nisi eius donum et hoc esset
/ Hec inquit sanctificatio ut in nobis permaneat oramus / Et quia dominus et iudex noster
sanato a se et vivificato comminatur ne delinquat / ne quid ei deterius fiat / hanc continuis
orationibus precem facimus / hoc diebus / hoc noctibus postulamus / ut sanctificatio et vivificatio
que de dei gratia sumitur ipsius protectione servetur / In sanctificatione igitur perse-
verantiam / hoc est ut in sanctificatione perseveremus / nos ab eo petere iste doctor intelligit
/ cum sanctificati dicimus / sanctificetur nomen tuum / Quid est enim petere quod accepimus nisi ut
id quoque nobis prestetur ne habere desinamus / Sicut ergo sanctus cum deum rogat ut
sanctus sit id utique rogat ut sanctus esse permaneat / Ita utique et castus cum rogat
ut castus sit / continens ut continens sit / iustus ut iustus / pius ut pius et cetera que
contra pelagianos dona dei esse defendimus / hoc sine dubio petunt ut in
eis perseverent bonis que se accepisse noverunt / quod si accipiunt / profecto etiam
perseverantiam magnum dei donum quo cetera dona conservantur accipiunt / Quid cum
dicimus / Adveniat regnum tuum / Num aliud poscimus nisi ut veniat et nobis
quod esse venturum non dubitamus omnibus sanctis / Ergo et hic qui iam sancti sunt
quid orant nisi ut in ea sanctitate que illis data est perseverent / Neque enim aliter
veniet dei regnum / quod non illis sed hiis qui perseverant usque in finem certum
est esse venturum / Tercia petitio est fiat voluntas tua in celo et in terra / vel quod
in pluribus codicibus legitur / magis quam ab orantibus frequentatur / sicut in celo
et in terra / Quod plerique intelligunt / sicut sancti angeli / et nos faciamus voluntatem
tuam / Vult autem ille doctor et martyr celum et terram intelligi spiritum et carnem
Et hoc nos orare ut voluntatem dei re utraque concordante faciamus / Vidit
in hiis verbis et alium sensum sanissime fidei congruentem de quo iam supra locuti
sumus / Ut scilicet pro infidelibus qui ~~non~~ sunt adhuc in terra terrenum tamen hominem
ex prima nativitate portantes orare intelligantur fideles qui celestem hominem
induti non immerito celi nomine nuncupantur / Ubi evidenter ostendit et initium fidei
esse donum dei / cum non tantum pro fidelibus ut augeatur in eis vel perseveret fides
verum etiam pro infidelibus ut habere incipiant eam quam penitus non habebant
et contra quam corda insuper inimica gestabant / sancta orat ecclesia / Nunc vero
non de initio fidei de quo in superiori libro multa iam diximus / sed de illa que
tenenda est usque in finem perseverantia disputamus / quam petunt utique etiam sancti
qui faciunt voluntatem dei dicentes in oratione fiat voluntas tua / Cum enim iam
facta sit in eis / cur ut fiat adhuc petunt / nisi ut perseverent in eo quod esse ceperunt

Quamvis hic dici possit non petere sanctos ut voluntas dei fiat in celo,
sed ut fiat in terra sicut in celo, ut terra scilicet imitetur celum, id est ut homo angelum vel
infidelis fidelem. Ac per hoc id sanctos poscere ut sit quod nondum est, non ut perseveret
quod est. Quantalibet enim homines sanctitate polleant, nondum sunt equales an-
gelis dei, nondum sicut in celo in eis fit voluntas dei. Quod si ita est, in ea
quidem parte ut quam optamus ut homines in facienda voluntate dei equentur angelis
dei, cum hoc orant sancti, perseverantiam demonstrantur orare, quoniam nemo pervenit ad illam
summam que in regno est beatitudinem, nisi in ea sanctitate quam suscepit in terra
perseveraverit usque in finem. Quarta petitio, Panem n. cot. da no. ho. Ubi
beatus Cyprianus ostendit quomodo et hic intelligatur perseverantia postulari, ait quippe
inter cetera: Hunc autem panem dari nobis cottidie postulamus, ne qui in Christo
sumus et eukaristiam cottidie accipimus ad cibum salutis, intercedente aliquo
graviore delicto dum abstenti et non communicantes a celesti pane prohibemur, a Christi
corpore separemur. Hec verba sancti hominis dei perseverantiam utique a domino
sanctos indicant poscere, cum hac intentione dicunt Pa. n. c. da n. h., ne a Christi
corpore separentur, sed in ea sanctitate permaneant qua nullum quo inde separari mereantur
crimen admittant. Quinto orationis loco dicimus Dimitte n. d. n. s. et n. d. d. n.
In qua sola petitione non invenitur posci perseverantia. Peccata enim sunt que petimus
nobis ut dimittantur. Oramus perseverantiam vero que nos in finem salvos facit,
tempori quidem huius vite non tamen peccato, sed ei quod usque ad eius finem restat est necessaria.
Operepretium est tamen paulisper intueri quomodo et in hac petitione iam tunc lingua
Cypriani tamquam telo invictissimo veritatis longe postea futuros confodiebat hereticos.
Etiam hoc enim pelagiani audent dicere, hominem iustum in hac vita nullum omnino
habere peccatum, et in talibus hominibus esse iam presenti tempore ecclesiam non habentem maculam
aut rugam aut aliquid huiusmodi, que una et sola sponsa sit Christi; tamquam
sponsa eius non sit que per universam terram quod ab eo didicit dicit Dimitte
nobis de. n. Sed attendite quomodo istos gloriosissimus Cyprianus interimat. Cum enim
locum ipsum dominice orationis exponeret, ait inter cetera: Quam necessarie autem quam provide
et salubriter admonemur quod peccatores sumus qui pro peccatis rogare compellimur, ut
dum indulgentia de deo petitur conscientie sue animus recordetur. Ne quis sibi
quasi innocens placeat et se extollendo plus pereat, instruitur et docetur peccare
se cottidie, dum cottidie pro peccatis iubetur orare. Sic denique et iohannes in epistola
sua ponens dixit: Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus et veritas
in nobis non est, etc. que hic inserere longum est. Iam vero cum dicunt sancti
Ne nos inferas in temptationem sed libera nos a malo, quid aliud quam ut in sanctitate
perseverent precantur. Nam profecto concesso sibi isto dei dono quod esse dei donum cum ab

p iiij

Illo positum satis apteque monstrat. Isto ergo concesso sibi dono dei ne inferatur
in temptationem nemo sanctorum non tenet usque in finem perseverantiam sanctitatis. Neque
enim quisquam in proposito christiano perseverare desistit nisi in temptationem primitus
inferatur. Si ergo concedatur ei quod orat ut non inferatur utique in sanctificatione
qua deo donante cepit deo donante persistit. Sed noluit ut scribitis isti fratres
ita hanc perseverantiam predicari ut non vel suppliciter emereri vel amitti contumaciter
possit. Ubi quid dicant parum diligenter attendunt. De illa enim perseverantia
loquimur qua perseveratur usque in finem, que si data est perseveratum est usque
in finem. Si autem non est perseveratum usque in finem non est data. Quod iam et
supra satis exegimus. Non itaque dicant homines perseverantiam cuiquam datam
usque in finem nisi cum ipse venerit finis eis et perseverasse cui data est repertus
fuerit usque in finem. Dicimus quippe castum quem novimus castum sive sit sive non
sit in eadem castitate mansurus, et si quid aliud divini muneris habeat
quod teneri et amitti potest dicimus eum habere quamdiu habet, et si amiserit dicimus
habuisse. Perseverantiam vero usque in finem quia non habet quisquam nisi qui perseverat
usque in finem multi eam possunt habere, nullus amittere. Neque enim metuendum
est ne forte cum perseveravit homo usque in finem aliqua in eo mala voluntas
oriatur ne perseveret usque in finem. Hoc ergo dei donum suppliciter emereri potest, sed cum
datum fuerit amitti contumaciter non potest. Cum enim perseverabit quisque usque in
finem neque hoc donum potest amittere nec alia que poterat ante finem. Quomodo ergo
potest amitti per quod fit ut non amittatur etiam quod posset amitti. Sed ne forte
dicatur usque in finem sed tunc amitti quodammodo cum agit per contumaciam ut
ad eam pervenire non possit, sicut dicimus hominem qui non perseveravit in fine
amisisse vitam eternam vel regnum dei, non quod iam acceperat et habebat, sed
quod acciperet et haberet si perseverasset. Verborum controversias auferamus et non
nulla etiam que non habentur sed habenda sperantur posse dicamus amitti.
Dicat michi quisquis audet utrum deus dare non possit quod a se posci imperavit.
Hoc ergo qui sapit non dico desipit sed insanit. Imperavit autem deus ut
ei sancti eius dicant orantes Ne nos inferas in temptationem. Quisquis igitur
exauditur hoc poscens non infertur in contumacie temptationem qua possit
vel dignus sit perseverantiam sanctitatis amittere. At enim voluntate sua quisque
deserit deum ut merito deseratur a deo. Quis hoc negaverit. Sed ideo petimus
ne inferamur in temptationem ut hoc non fiat. Et si exaudimur utique non fit
quia deus non permittit ut fiat. Nichil enim fit nisi quod aut ipse facit aut
fieri ipse permittit. Potens ergo est et a malo in bonum flectere voluntates
et in lapsum pronas convertere ac dirigere in sibi placitum gressum, cui non frustra

dicitur Deus tu conuertens viuificabis nos / Non frustra dicitur Ne tradas me
domine a desiderio meo peccatori / postremo ne multa commemorem Ne plura
nobis fortasse occurrat / Non frustra dicitur / Ne nos inferas in temptacionem /
/ Nam quisque in temptacionem non infertur / profecto nec in temptacionem sue male
uoluntatis infertur / Et qui in temptacionem sue male uoluntatis non infertur
in nullam prorsus infertur / Vnusquisque enim temptatur ut scriptum est a concupiscencia
sua abstractus et illectus / Deus autem neminem temptat temptacione scilicet noxia
Nam est et utilis qua non decipimur vel opprimimur sed probamur / secundum quod dictum est
/ Proba me domine et tempta me / Illa ergo noxia temptacione quam significat
apostolus dicens / ne forte temptauerit nos qui temptat et inanis sit labor
noster / Deus ut dixi neminem temptat / hoc est neminem infert uel inducit
in temptacionem / Nam temptari et in temptacionem non inferri non est malum /
/ Immo etiam bonum est / hoc est enim etiam probari / Cum itaque dicimus deo / Ne nos
inferas in temptacionem / quid dicimus / nisi ne nos inferri sinas / Vnde sic orant
nonnulli et legitur in codicibus pluribus / et hoc sic posuit beatissimus Ciprianus /
/ Ne paciaris nos induci in temptacionem / In euangelio tamen greco nusquam inueni
nisi / ne nos inferas in temptacionem / Videmus igitur quoniam / si dicamus totum deo
damus / Non autem nos illi ex parte / et nobis ex parte committimus / Quod uidit
ille venerabilis martir / Nam cum eiusdem locum oracionis exponeret ait post cetera
/ Cum autem rogamus ne in temptacionem veniamus / admonemur infirmitatis et
imbecillitatis nostre dum sic rogamus / ne quis insolenter extollat / Ne quis
superbe arrogancius aliquid assumat / Ne quis aut confessionis aut passionis
gloriam suam dicat / cum dominus ipse humilitatem docens dixit vigilate et orate
ne veniatis in temptacionem / Spiritus quidem promptus est caro autem infirma /
Vt dum precedit humilis et submissa confessio / et datur totum deo quicquid suppliciter
cum timore dei petitur / ipsius pietate prestetur / Si ergo alia documenta
non essent / hec dominica oracio nobis ad causam gracie quam defendimus sola sufficeret
/ quia nichil nobis reliquid in quo tamquam in nostro gloriemur / Siquidem
et ut non discedamus a deo non ostendit dandum esse nisi a deo cum poscendum
ostendit a deo / Qui enim non infertur in temptacione non discedit a deo /
Non est hoc omnino in viribus liberi arbitrii qualis nunc sunt / fuerat in homine
antequam caderet / Que tamen libertas uoluntatis in illius prime condicionis prestancia
quantum ualuit apparuit in angelis / qui dyabolo cum suis cadente / in ueritate
steterunt / et securitatem perpetuam non cadendi in quam nunc eos esse certissimi sumus
peruenire meruerunt / post casum autem hominis noluit ad graciam suam deus uoluit
pertinere ut homo accedat ad deum / neque nisi ad graciam suam uoluit pertinere ut
homo non recedat ab eo / hanc graciam posuit in illo in quo sorte constituti sumus

r. iiij

Predestinati secundum propositum eius qui universa operatur. Ac per hoc sicut operatur
ut accedamus, sic operatur ne discedamus. Propterea ei per prophetam dictum est: Fiat manus
tua super virum dextere tue et super filium hominis quem confirmasti tibi,
et non discedimus a te. Iste certe non est adam primus in quo discessimus
ab eo, sed adam novissimus super quem fiat manus eius ut non discedamus ab
eo. Christus enim totus cum omnibus membris eius est propter ecclesiam que est corpus
eius plenitudo eius. Cum ergo fit super eum manus dei ut non discedamus
a deo, ad nos met pertinet opus dei; hoc est enim manus dei; cuius opere dei
fit ut simus in Christo permanentes cum deo, non sicut in adam discedentes a deo.
In Christo enim sortem consecuti sumus predestinati secundum propositum eius qui universa
operatur. Manus igitur dei est ista non nostra ut non discedamus a deo.
Manus inquam eius est ista qui dixit: Timorem meum dabo in cor eorum
ut a me non recedant. Propter quod et orari se voluit ne inferamur in temptationem.
Quia et si non inferimur, nulla ab eo ratione discedimus. Quod potuit nobis
et non orantibus dari, sed oratione nostra nos voluit admoneri a quo acciperemus
hec beneficia. A quo enim nisi ab illo accipimus a quo iussi sumus ut petamus.
Prorsus in hac re non laboriosas disputationes expectet ecclesia, sed attendat
cottidianas orationes suas. Orat ut increduli credant: deus ergo convertit ad
fidem. Orat ut credentes perseverent: deus ergo donat perseverantiam usque in finem.
Hec deus facturum se esse prescivit. Ipsa est predestinatio sanctorum, quos elegit in
Christo ante constitutionem mundi ut essent sancti et immaculati in conspectu eius in caritate,
predestinans eos in adoptionem filiorum per Ihesum Christum in ipsum secundum placitum
voluntatis sue in laudem glorie gratie sue in qua gratificavit eos in dilecto
filio suo, in quo habent redemptionem per sanguinem ipsius, remissionem peccatorum secundum
divitias gratie eius que habundavit in eos in omni sapientia et prudentia,
ut ostenderet eis misterium voluntatis sue secundum bonam voluntatem suam, quam
proposuit in illo in dispensatione plenitudinis temporum instaurare omnia in Christo que
in celis sunt et que in terris in ipso, in quo etiam et sortem consecuti
sumus predestinati secundum propositum dei qui universa operatur. Contra ista veritate
tam claram tubam, quis homo sobrie vigilantisque fidei voces ullas humanas
admittat. Sed cur inquit gratia dei non secundum merita hominum datur? Respondeo: quoniam
deus misericors est. Cur ergo non omnibus? Et ego respondeo: quoniam deus iudex est.
Ac per hoc et gratis ab eo datur gratia, et iusto eius in aliis iudicio demonstratur
quid in eis quibus datur conferat gratia. Non itaque simus ingrati, quod secundum placitum
voluntatis sue in laudem glorie gratie sue tam multos liberat misericors deus de
tam debita perditione, ut si inde neminem liberaret non esset iniustus. Ex uno quippe
omnes in condempnationem non iniusta iudicati sunt ire sed iusta. Cui ergo liberat gratiam diligat.

Qui non liberatur debitum agnoscat. Ut in remittendo debitum bonitas, in exigendo
equitas intelligitur, nusquam esse apud deum iniquitas inuenietur. Sed cur inquit
non solum in paruulorum, uerum etiam in geminorum una atque eadem causa, tam diuersum
iudicium. Nonne similis questio est, cur in diuersa causa idem iudicium. Recolamus
igitur illos operarios in uinea qui toto die laborauerunt et eos qui hora una.
Nempe causa diuersa est impensi laboris et tamen idem iudicium in reddicione mercedis.
Numquid et hi audierunt murmurantes a patre familias nisi hoc uolo. Ita quippe erga
erga alios fuit largitas, ut erga alios nulla esset iniquitas. Et isti quidem utique
in bonis sunt. Veruntamen quantum ad iusticiam spectat et gratiam, potest et de eo qui liberatur
recte dici, et de eo qui dampnatur. Tolle quod tuum est et uade. Huic autem uolo quod non debetur
donare. An non michi licet facere quod uolo. Aut oculus tuus nequam est quia ego
bonus sum. Sic ille si dicat: Cur non et michi? audiet. O homo tu quis es ut
respondeas deo. Quem certe in uno uides benignissimum largitorem, in te uero exactorem
iustissimum, in nullo tamen cernis iniustum. Cum enim iustus esset etiam si utrumque puniret,
qui liberatur habet unde gratias agat, qui dampnatur non habet quod reprehendat.
Sed si iam inquit hoc oportebat ut dampnatis non omnibus, quid omnibus debetur ostenderet,
atque ita gratius suam gratiam in uasis misericordie commendaret, cur in eadem causa me
potius quam illum punit, aut illum quam me potius liberauit. Hoc non dico. Si queris
quare, quia fateor me non inuenire quid dicam. Sed et hoc queris, quare, quia in hac
re sicut iusta est ira eius. Sic magna est misericordia eius. Adhuc pergat et dicat: Cur
quibusdam qui eum bona fide coluerunt, perseuerare usque in finem non dedit. Cur
putas nisi quia non mentitur qui dicit: Ex nobis exierunt sed non erant ex nobis. Nam
si fuissent ex nobis, mansissent utique nobiscum. Numquid ergo hominum due sunt
Absit. Si due nature essent, gratia ulla non esset. Nulli enim daretur gratuita liberacio
si nature debita redderetur. Hominibus autem uidetur omnes qui boni apparent fideles
perseuerantiam usque in finem accipere debuisse. Deus autem melius esse iudicauit
miscere quosdam non perseueraturos certo numero sanctorum suorum, ut quibus non expedit in
huius uite temptacione securitas non possint esse securi. Multos enim a perniciosa
elacione reprimit quod ait apostolus: Quapropter qui uidetur stare, uideat ne cadat.
Voluntate autem sua cadit qui cadit, et uoluntate dei stat qui stat. Potens est enim deus
statuere illum. Non ergo se ipsum sed deus. Verumtamen bonum est non altum sapere sed timere. In
cogitacione autem sua uel cadit uel consistit uel stat. Sicut autem apostolus ait, quod in libro
superiori memoraui, non sumus ydonei cogitare aliquid quasi ex nobis metipsis sed suffi-
ciencia nostra ex deo est. Cuius sensum et beatus Ambrosius audens etiam dicit: Non enim in
potestate nostra cor nostrum et nostre cogitaciones. Quod omnis qui humiliter et ueraciter pius est
esse uerissimum sentit. Hoc autem Ambrosius dicit in eo libro quem scripsit de fuga
seculi scripsit, docens hoc seculum non corpore sed corde fugiendum, quod sine auxilio

t. iiij.

dei fieri no posse disseruit | Ut em frequens nobis de fugiendo seculo isto
sermo atq3 utinam tam facilis sermo tam cautus et sollicitus esset | Sz quod
peius est frequenter irrepit terrenarum illecebra cupiditatum et vanitatum
effusio mentem occupat | ut quod studeas vitare hoc cogites atq3 volvas | Et
cave difficile e hom[ini] excuere aut impossibile | Denq3 voti magis eam ee
rem quam effectus testatur aplus dicendo | Declina cor meum in testimonia tua
no. et no in avaritiam | Non em in ptate nra cor nrm et nre cogitacões quae i
proviso offuse mentem animumq3 confundunt atq3 alio trahunt quam tu proposuis
ad secularia revocant mundana inserunt voluptaria ingerunt illecebras intexunt
ipis in tempore quo elevare mentem paramus insti[llant] in ambobus cogitacoibus ad terrena
plerumq3 decidimus | Non itaq3 in hom[inis] sz in dei e ptate ut habeant homines ptatem
filii dei fieri | Ab ipo quippe accipiunt eam qui dat cordi humano cogitacões
pias p quas habeat fidem que operatur p dilectionem | Ad quod bonum sumendum & tenendum
et in eo pseverant usq3 in finem proficiendum | Non sumus ydonei cogitare
aliquid q[uasi] ex nobis metipis sz sufficientia nra a deo e | In cuius e ptate
cor nrm et cogitacões nre | Ex duobus itaq3 parvulis originali pcto pit[er]
obstrictis | Cur iste assumatur ille relinquatur | Ex duobus etate iam grandibus
impiis | Cur iste revocetur ut vocantem sequatur | Ille aut no vocetur aut
no ita vocetur | Inscrutabilia sunt iudicia dei | Illud tamen fidelibus debet esse cer-
tissimum | hunc esse ex pdestinatis illum no ee | Nam si fuissent ex nobis ut
unus pdestinatorum qui de pectore dni bibat hoc secretum | mansissent utiq3 no
biscum | Quod est queso | non erant ex nobis | nam si fuissent mansissent utiq3 nobiscum
| Nonne utiq3 a deo creati & utiq3 ex adam nati | utiq3 de terra facti erant | et
ab eo qui dixit Omnem flatum ego feci | animas eiusdemq3 nature acceperant
Nonne postremo utiq3 vocati fuerant & vocantem secuti | utiq3 ex impiis iustificati
et p lavacrum regeneracionis utiq3 renovati | Sz si hoc audiret ille qui sciebat
procul dubio quod dicebat | Unde possz et dicere | Vera sunt hec | Sed hec omnia
ex nobis erant | Verumtamen sedm aliam quandam distinccoem no erant ex nobis | Nam si
fuissent mansissent utiq3 nobiscum | Que e tamen ista distinccio | patent libri
dei | Non avertamus aspectum | Clamat scriptura divina | Adhibeamus auditum
| Non erant ex eis quia no erant sedm propositum vocati | No erant in xpo electi
ante constitucoem mundi | Non erant in eo sorte consecuti | No erant pdestinati sedm
propositum eius qui omnia operatur | Nam si hoc essent | ex illis essent & cum illis
sine dubitacoe mansissent | Ut .n. no dicam quam sit possibile deo aversas
et adversas in fidem suam convertere hominum voluntates | et in eorum cordibus operari
ut nullis adversitatibus cedant | nec ab illo aliqua superati temptacoe disce-
dant | cum possit et quod ait aplus facere ut eos no permittat temptari sup id

Quod possint / Ut ergo id no dicam / certe potat illos deus psciens ee lapsuos
anq̃ua id fieret auferre de hac uita / An eo redditũ sumꝰ ut adhuc disputeꝰ /
q̃nta absurditate dicatur / iudicari homines mortuos etiã de hys pctis que · / de h° e. b iiij ·
pscivit eos deus ppetraturos fuisse si viveret / q̃ ita abhorret a sensibus
xpianis aut pͦrsus humanis / ut id etiã refellere pudeat / Cur · n · no dicat ipm
evᵍˡᵐ cũ tanto laboe passionibꝰ sanctoꝝ frustra eet pdicatũ / ut adhuc etiã
pdicari / potuãt homines etiam no audito evᵍˡᵒ iudicari scdm ↄtumaciã vel
obediam quã pscivit deus habituros fuisse si audissent evᵍˡᵐ / Nec dapna //
rent tyrꝰ ⁊ sidon / q̃uis remissius quã ille civitates in quibꝰ no credēbꝰ
a domino xpo mirabilia ⁊ signa sũt facta / qm̃ si apud illas facta eent in
cinere et cilicio pniaꝫ egissent / sicut se hñt eloquia veritatis / In quibꝰ vbis suis
dns ihus altius nobis mistiũ pdestinacois ostendit / Si em querat anob
/ Cur apud eos tanta miracula facta sunt / et qui uideᵉ ea no fuerãt credituri
/ et apud eos facta non sint qui crederent si viderent / quid rndebimꝰ Nuꝗᵈ
dicturi sumꝰ quod in libro illo dixi / ubi sex quibusdã qonibꝰ paganoꝝ
sine pjudicio tamẽ aliaꝝ causaꝝ quas prudentes pnt uestigare rndi h
quippe ut scitis / Cum xpᵉ quãre post tam longa tempa venit q̃ret / dixi
q hys tempibꝰ et hys locis quibꝰ evanᵍˡᵐ eius nõ ẽ pdicatũ / tales omes
in eius pdestinacõe futuros ee psciebat quales multi in eis corpli pntia
fuerũt qui in eũ nec suscitatis ab eo mortuis crede noluerũt / Ecce paulo pꝰ
in eodem libro atq in eadẽ q̃one / Quid mirũ inq̃ si tam infidelibus
plenũ orbem t̃raꝝ xpus prioribus seculis noverat / ut eis pdicari merito
nollet / quos nec vbis nec miraculis suis credituros ee psciebat / hoc cte
de tyro et sydone no possumꝰ dicẽ et in eis cognoscimꝰ ad eas cãs pdestinaconis
q̃ divina iudicia ptinere / sine quaꝝ causaꝝ latentiũ pjudicio tũc ista rndere
me dixi / facile ẽ quippe ut infidelitatẽ accusemꝰ iudeoꝝ de libã uoͭte
veniente / qui factis apud se tam magnis virtutibꝰ crede noluerũt / Qd ⁊ dns
increpans arguit / et dicit ve tibi corozaim et bethsaida / q si in tyro ⁊ sydone
facta fuissent / virtutes que facte sunt in vobis / olim in cine ⁊ cilicio pniaꝫ
egissent / Sꝫ nuꝗ possumꝰ dicẽ etiã tyros et sydonios talibus apud
se virtutibꝰ factis crede noluisse aut credituros no fuisse si fierent / cũ eis
ipe dns attestetur q acturi eent magne humilitatis pniaꝫ si in eis facta
eent divinaꝝ illaꝝ signa virtutũ / Et tamẽ in die iudicij puniet q̃uis
minore supplicio quã ille civitates / q apud se virtutibꝰ factis crede noluerũt /
Sequitur · n · dns et / Verũtn̄ dico vobis / tyro ⁊ sydoni remissius erit /
in die iudicij quã vobis / Severius ergo punient isti / illi remissiꝰ / sꝫ tn̄
punient / Porro si etiam scdm facta que factũ eent si viverent mortui
iudicant / pfecto quia fideles futuri erãt isti si eis cũ tantis miraculis fuiss
evᵍˡᵐ pdicatũ / no sũt utiq puniendi / puniet aut / flm ẽ igr ⁊ scdm ea mor //

tuos iudicari q factuti erant si ad uiuentes euangelium puenisset / Et hoc si nu
est no est / cur dicitur de infantibus qui pereunt sine bapte moriens. hi enim
eo miro fieri quia pscivit deus eos si uiuerent, pdicatione illis esset erum infideliter
audituros / Restat igitur ut solo originali pcto teneantur obstricti / et pp hoc solu
eant in dampnacionem / Quibus videmus aliis easdem causas tam non nisi p dei gratuita
gratiam regnatorum donari / et eius occulto, iusto tamen iudicio / quoniam non est iniquitas
apud deum / quosdam etiam post baptismum pessime uiuendo perituros, in hac tamen
uita quousque pereant detinet / qui non perirent si eis corporis mors lapsu eorum
praeueniens subveniret / Quoniam nullus mortuus iudicatur ex bonis seu malis que
fecerat si non moreretur acturus / alioquin tyrii et sydonii non secundum ea que
gesserunt penas luerent, sed potius secundum ea que gestura fuerant, si in eis
ille uirtutes euangelice facte fuissent, p grande penitentiam et p xpi fidem consequi
turi salutem / Quidam disputator catholicus non ignobilis hunc euangelii
locum sic exposuit ut diceret prescisse dominum tyrios et sydonios a fide fuisse
postea recessuros cum factis apud se miraculis credidissent, et misericordia potius
eum illic ista fecisse, quoniam grauiori pena obnoxii fierent, si fidem quam tenuerant
reliquissent, quam si eam nullo tempore tenuissent / In qua sententia docti hominis
et ad modum acuti, quod sunt adhuc multa requirenda, quid me nunc attinet
dicere, cum et ipsa nobis ad id quod agimus suffragetur / Si enim misericorditer dominus
non fecit in istis uirtutes p quas fieri possent fideles ne grauius punirentur
cum postea fierent infideles, quod eos futuros fuisse prescivit / satis aperte monstratur
de his peccatis neminem iudicari mortuorum que prescivit eum fuisse facturum
Si aliquo modo ei ne illa faciat subuenitur / sicut tyriis et sydoniis, si sententia
illa uera est subuenisse dicitur xpus, quos maluit non accedere ad fidem
quam scelere multo grauiore discedere a fide, quod eos si accessissent prouidebat fuisse
facturos / Quamuis si dicatur cur non factum est ut crederent, potius et hoc eis prestaretur
ut antequam fidem relinquerent ex hac uita emigrarent quid respondi posset
ignoro / Qui enim dicit relictis fidem beneficium fuisse concessum ne inciperent
quod grauiore impietate deserent, satis indicat non iudicari hominem ex eo
quod prouisum est male fuisse facturus, si ei quocumque beneficio ut id non faciat consulatur
Consultum est igitur et illi qui raptus est ne malicia mutaret intellectum eius
Sed cur non ita consultum fuit tyriis et sidoniis ut crederent et raperentur ne
malicia mutaret intellectum eorum, forsitan respondet ille cui placuit isto
modo soluere questionem hanc, Ego uero quantum ad hoc quod attinet sufficere uideo ut sententiam
ista quoque sine mortem demonstrentur homines non iudicari de his que non fecerunt
etiam si facturi fuisse previsi sunt, quamquam ut dixi hanc opinionem qua putatur in
morientibus uel mortuis uindicari peccata que presciti sunt factura esse si viuerent

Etiam refellere pudeat, ne videamur et nos existimasse aliquid esse momenti, quam maluimus disputatores tollere, quam silentio preterire. Proinde sicut apostolus ait, non volentis neque currentis sed miserentis est dei, qui et parvulis quibus vult etiam non volentibus neque currentibus subvenit, quos ante constitutionem mundi elegit in Christo, daturus eis gratiam gratis, hoc est nullis eorum vel fidei vel operum meritis precedentibus, et maioribus etiam hiis quos pudet si apud eos facta essent sua miracula credituros, quibus non vult subvenire non subvenit, de quibus in sua predestinatione occulte quidem sed iuste aliud iudicavit. Non enim est iniquitas apud deum, sed inscrutabilia sunt iudicia eius et investigabiles vie eius. Universe autem vie domini misericordia et veritas. Investigabilis ergo misericordia qua cuius vult miseretur nullis eius precedentibus meritis. Et investigabilis veritas qua quem vult obdurat, eius quidem precedentibus meritis, sed cum eo cuius miseretur plerumque communibus. Sicut duorum geminorum, quorum unus assumitur, unus relinquitur, dispar est exitus, merita communia, in quibus tamen sic alter magna dei bonitate liberatur, ut alter nulla eius iniquitate dampnetur. Numquid enim iniquitas est apud deum? Absit. Sed investigabiles sunt vie ipsius. Itaque misericordiam eius in hiis qui liberantur et veritatem in hiis qui puniuntur sine dubitatione credamus. Neque inscrutabilia scrutari aut investigabilia vestigare conemur. Ex ore quippe infantium suam perficit laudem, ut quod in hiis videmus quorum liberationem bona eorum merita nulla precedunt, et in hiis quorum dampnationem utrisque communia originalia sola precedunt, hoc etiam in maioribus fieri nequaquam omnino credamus. Id est non putemus vel secundum sua merita gratiam cuiquam dari, vel nisi suis meritis quemquam puniri, sive pares qui liberantur atque puniuntur, sive dispares habeant causas malas, ut qui videtur stare videat ne cadat, et qui gloriatur in domino glorietur. Cur autem tam parvulorum ad exemplum maiorum sicut scribitis non patiuntur afferri homines qui contra pelagianos non dubitant esse originale peccatum, quod per unum hominem intravit in mundum, et ex uno omnes isse in condempnationem, quod et manichei non accipiunt, qui non solum omnes veteris testamenti scripturas in nulla auctoritate non habent, verum etiam eas que ad novum pertinent testamentum sic accipiunt, ut suo quodam privilegio, ymmo sacrilegio, quod volunt sumant, quod nolunt reiciant. Contra quos agebam in libro de libero arbitrio, unde isti nobis prescribendum putant. Quorum questiones operosissimas incidentes enucleate solvere nolui, ne nimium longum opus esset, ubi me adversus tam perversos testimoniorum divinorum non adiuvabat auctoritas. Et poteram sicut feci, quodlibet horum verum esset que non definite interponebam, ratiocinatione tamen concludere in omnibus deum esse laudandum, sine ulla necessitate credendi duas sicut illi volunt coeternas boni et mali permixtas esse substantias. Denique in primo retractationum libro, quod opus meum nondum legistis, cum ad eosdem libros retractandos venissem, hoc est de libero arbitrio, ita locutus sum: In hiis inquam libris ita multa disserta sunt, ut incidenter nonnulle questiones quas vel enodare non poteram

b. x.

Vel longa permutacione in peius requiescebat, ita inciderent ex utraque parte vel ex
omnibus collecta quoniam partibus in quibus non apparebat quid potius congrueret, ut
sed hoc tamen ratiocinatio nostra concluderetur, ut quodlibet horum verum esset laudandus
crederetur vel etiam ostenderetur deus. Contra eos quippe disputatio illa suscepta
est qui negant ex libero voluntatis arbitrio mali originem duci, et deum, si ita
creatorem omnium creaturarum culpandum esse contendunt, eo modo volentes secundum
sue voluntatis impietatis errorem (machinati / Manichei enim sunt) immutabilem quandam et deo
coeternam introducere naturam mali. Item post aliquantum alio loco: Cum de isto agitur, inquam,
ex qua miseria peccantibus iustissime inflicta liberat dei gratia, quia sponte homo,
i. libero arbitrio, cadere potuit, non etiam surgere. Ad quam miseriam iuste damnationis
pertinet ignorantia et difficultas quam patitur omnis homo ab exordio nativitatis
sue, nec ab illo malo quisquam nisi dei gratia liberatur. Quam miseriam pelagiani
nolunt ex iusta dampnatione descendere, negantes originale peccatum; quamvis ignorantia
et difficultas etiam si essent hominis primordia naturalia, nec sic culpandus
sed laudandus deus esset, sicut in eodem libro 3° disputavimus. Que disputatio
contra Manicheos habenda est qui non accipiunt scripturas sanctas veteris testamenti, in quibus
peccatum originale narratur, et quidquid inde in litteris apostolicis legitur detestabili
impudentia immissum fuisse contendunt a corruptoribus scripturarum, tamquam non fuerit
ab apostolis dictum. Contra pelagianos autem hoc defendendum est quod utraque scriptura com-
mendat quam se accipere profitentur. Hec dixi in primo libro retractationum cum
retractarem libros de libero arbitrio. Nec sola sane ista ibi a me dicta sunt de hiis
libris, verum et alia multa que huic ad vos operi inserere longum putavi et
non necessarium. Quod et vos existimo facturos cum omnia legeritis. Quamvis ergo
in libro tertio de libero arbitrio ita de parvulis disputaverim, ut etiam si verum esset
quod dicunt pelagiani, ignorantiam et difficultatem, sine quibus nullus hominum nascitur,
primordia non supplicia esse nature, vincerentur tamen Manichei qui volunt
duas boni et mali coeternas esse naturas, numquid ideo fides in dubium vocanda
vel deserenda est quam contra ipsos pelagianos katholica defendit ecclesia que
asserit esse originale peccatum, cuius reatus generatione contractus, regeneratione sol-
vendus est. Quod si et isti nobiscum fatentur ut simul in hac causa pelagianorum
destruamus errorem, cur putant esse dubitandum quod etiam parvulis deus quibus dat
suam gratiam per baptismatis sacramentum eruat de potestate tenebrarum et transferat in regnum
filii caritatis sue. In eo ergo quod aliis eam dat, aliis non dat, cur nolunt cantare
domino misericordiam et iudicium. Cur autem illis potius quam illis detur, quis cognovit
i. cognovit sensum domini? Quis inscrutabilia scrutari valeat? Quis investigabilia investigare?
Constat itaque gratiam dei non secundum merita accipientium dari, sed secundum placitum vo-
luntatis eius in laudem et gloriam gratie eius, ut qui gloriatur in domino glorietur et nullo modo
in seipso. Cum hominibus dat quibus misit qui misericors est gratuitus quod si non dat.

Iustus et non dat quibus non vult ut notas faciat divitias glorie sue in vasa
misericordie. dando enim quibusdam quod non merentur profecto gratuitam et per hoc veram suam gratiam
esse voluit. Non omnibus dando quid omnes mereantur ostendit. Bonus in beneficio
certorum, iustus in supplicio ceterorum. Et bonus in omnibus quoniam bonum est cum debitum
redditur, et iustus in omnibus quoniam iustum est cum debitum sine cuiusquam fraude
donatur. Defendit autem sine meritis dei gratia i. vera gratia etiam si parvuli bapti
zati sicut pelagiani sentiunt non exeunt de potestate tenebrarum quia nulli peccato
sicut putant pelagiani tenentur obnoxii sed tamen in regnum divinum transferuntur.
Ita sic enim sine ullis bonis meritis datur eis regnum quibus datur et sine ullis
malis meritis non datur eis quibus non datur. Quod adversus eosdem pelagianos
dicere solemus qui nobis obiciunt quod fato tribuamus dei gratiam dicendo eam non
secundum merita nostra dari. Ipsi enim potius dei gratiam fato in parvulis tribuunt, si
dicitur fatum ubi meritum non est. Nulla quippe merita etiam secundum ipsos pelagi
anos possunt in parvulis inveniri ut alii eorum mittantur in regnum, alii vero alienantur
a regno. Sicut autem nunc ut ostenderem gratiam dei non secundum merita nostra dari, secundum
utrumque sensum hoc defendere malui, et secundum nostrum scilicet qui obstrictos originali peccato
parvulos dicimus, et secundum pelagianorum qui originale negant esse peccatum. Nec tamen
ideo me esse ambigere credant parvulos quod eis dimittat qui salvum facit populum suum
a peccatis eorum. Ita in tertio libro de libero arbitrio secundum utrumque sensum restiti manicheis
sive supplicia sive primordia nec sint ignorantia et difficultas sine quibus nullus
hominum nascitur. Et tamen unum horum teneo ibi autem satis evidenter expressum quod non
sit ista natura instituti hominis sed pena damnati. Frustra itaque mihi de illis
libris meis vetustate prescribitur ne agam causam sicut agendam video parvulorum. Et in
gratia dei non secundum merita hominum dari perspicue veritatis mee querela. Si enim quando
libros de libero arbitrio laicus cepi presbiter explicavi, adhuc de dampnatione infantium
non renascentium et de nascentium liberatione dubitarem, nemo ut opinor esset
tam iniustus et invidus qui me proficere prohiberet atque in hac dubitatione remanendum
mihi esse iudicaret. Tum vero rectius possit intelligi non me propterea de hac re
dubitasse credi oportere quia quos mea dirigebat intentio sic mihi visi sunt
refellendi ut sive pena esset peccati originalis in parvulis quod veritas habet sive non esset
quod nonnulli errantes opinantur. Nullo modo tamen tanta manicheorum error induceret
duarum naturarum boni scilicet et mali permixtio crederetur. Absit ut causam parvulorum
sic relinquamus ut nobis dicamus incertum, utrum in Christo regenerati si mo
riantur parvuli transeant in eternam salutem, non regenerati autem transeant in mortem secundam.
Quoniam quod scriptum est per unum hominem peccatum intravit in mundum et per peccatum mors
et ita in omnes homines pertransiit, aliter recte intelligi non potest. Nec a morte
perpetua que iustissime retributa est peccato liberat quemquam pusillorum atque magnorum
nisi ille qui propter remittenda et originalia et propria nostra peccata mortuus est.

d · v ·

Sine suo ullo originali peccato ne peccato / Sed quare illos potius quam illos ·
iterum atque iterum dicimus nec nos piget o homo tu quis es qui respondeas deo / inscru
tabilia sunt iudicia eius et investigabiles vie eius / Et ad hoc adiciamus altiora
a te ne quesieris et fortiora a te ne scrutatus fueris / Videtis enim fratres quam sit ab
surdum et a fidei sanitate ac veritatis sinceritate alienum ut dicamus parvulos
mortuos secundum ea iudicari que prescientur sunt facturi esse si viverent / In hac autem
sententia quam certe omnis sensus humanus qualitercumque ratione subnixus maximeque christianus
exhorret venire compulsi sunt qui se a pelagianorum errore alienos esse voluerunt
ut tamen gratiam dei per ihesum christum dominum nostrum qua nobis una post lapsum primi hominis
in quo omnes cecidimus subvenitur secundum merita nostra dari adhuc sibi existimet
credendum esse et disputatione insuper defendendum / Quod ipse pelagius ante ori
entales episcopos iudices damnatoris sui timore dampnavit / Hoc autem si non
dicitur de mortuorum operibus que facturi erant si viverent bonis aut malis
ac per hoc nullis et in ipsa dei prescientia non futuris / Hoc ergo si non dicitur quod cernitis
quanto errore dicatur quid restabit nisi ut gratiam dei non secundum merita nostra dari
Quod contra heresim pelagianam katholica defendit ecclesia / Remota contentionis
caligine fateamur atque id maxime in parvulis evidentiore veritate cernamus
Neque enim fato cogitur deus illis infantibus subvenire / illis autem non subvenire
cum sit utrisque causa communis / Aut res humanas in parvulis non divina providentia
sed fortuitis casibus opinabimur gubernari cum rationales vel dampnande vel liberande sint
anime / cum quidem nec passer cadit in terram sine voluntate patris nostri qui in celis est
Aut parentum negligentie sic tribuendum quod parvuli sine baptismate moriuntur ut nichil
ibi agant superna iudicia / tamquam ipsi qui hoc modo male moriuntur parentes
sibi negligentes voluntate propria de quibus nascerentur elegerint / Quid dicam quod parvulus
aliquando antequam illi per ministerium baptismatis subveniri possit exspirat / plerumque enim festi
nantibus parentibus et paratis ministris ut baptismus parvulo detur / deo tamen nolente
non datur / qui eum paululum in hac vita non tenuit ut daretur / Quid est etiam
quod aliis parvulis infidelium filiis potuit ne irent in perditionem et filiis fidelium
non potuit baptismate subveniri / Ubi certe ostenditur quod personarum apud deum non
sit acceptio / Alioquin cultorum suorum potius quam inimicorum filios liberaret
Iam vero quoniam de bono perseverantie nunc agimus / quid est quod morituro non baptizato
subvenitur ne sine baptismate moriatur / Et baptizato casuro non subvenitur
ut ante moriatur / Nisi forte illi adhuc absurditati auscultabimus que dicit nichil
prodesse cuiquam mori antequam cadat / quod secundum eos actus iudicabitur quos
eum deus prescivit acturum si viveret / Hanc perversitatem sanitati fidei tam vehe
menter adversam quis patienter audiat / quis ferat / Et tamen hoc dicere urgentur qui
non fatentur gratiam dei non secundum merita nostra dari / Qui autem nolunt dicere unumquemque

Mortuorum secundum ea iudicari que deus illum presciuit acturum fuisse si uiueret/
intuentes qua manifesta falsitate et quanta absurditate dicatur/ non eis remanet
ut dicant quod in pelagianis dampnauit et ab ipso pelagio dampnari fecit
etiam gratiam dei secundum merita nostra dari/ cum uideat paruulos alios non regeneratos
ad eternam mortem/ alios autem regeneratos ad eternam uitam/ tolli de hac uita/ ipsos
regeneratos/ alios perseuerantes usque in finem hinc ire/ alios quousque decidant hic
teneri/ qui utique non decidissent si antequam laberentur hinc exissent/ et rursus quosdam
lapsos quousque redeant non exire de hac uita/ qui utique perirent si antequam redirent
exirent/ Unde satis dilucide ostenditur/ et incipiendi et usque in finem perseue-
randi gratiam dei non secundum merita nostra dari/ sed donari secundum ipsius secretissimam
eandemque iustissimam sapientissimam beneficentissimam uoluntatem/ quoniam quos pre-
destinauit ipsos et uocauit uocatione illa de qua dictum est/ sine penitentia sunt
dona et uocatio dei/ Ad quam uocationem pertinere nullus est homo ab hominibus
certa asseueratione dicendus/ nisi cum de hoc seculo exierit/ In hac autem uita
humana que temptatio est super terram/ qui uidetur stare/ uideat ne cadat/
Ideo quippe sicut iam supra diximus non perseueraturi perseueraturis prouidentissima
dei uoluntate miscentur/ ut discamus non alta sapientes sed humilibus consen-
tientes et cum timore et tremore nostram ipsorum operemur salutem/ deus est enim
qui operatur in nobis et uelle et operari pro bona uoluntate/ Nos ergo uolumus
sed deus in nobis operatur et uelle/ Nos ergo operamur sed deus in nobis operatur et
operari pro bona uoluntate/ hoc nobis expedit et credere et dicere/ hoc est pium/
hoc est uerum/ ut sit humilis et submissa confessio et totum detur deo/ Cogitantes
credimus/ cogitantes loquimur/ cogitantes agimus quicquid agimus/ Quod autem attinet
ad pietatis dei uiam et uerum dei cultum/ non sumus ydonei cogitare aliquid
tamquam a nobis metipsis sed sufficientia nostra ex deo est/ Non enim est in potestate
nostra cor nostrum et nostre cogitationes/ Unde idem qui hoc ait Item dicit Ambrosius/
Quis autem tam beatus qui in corde suo semper ascendat/ Sed hoc sine auxilio
diuino qui fieri potest/ Nullo prorsus modo/ Denique inquit supra eadem scriptura dicit
Beatus uir cuius est auxilium abs te domine ascensus in corde eius/ Hoc itaque ut dicit
non solum in litteris sacris legebat/ Sed sicut de illo uiro sine dubitatione credendum
est etiam in corde suo sentiebat ambrosius/ Quod ergo in sacramentis fidelium dicitur
ut sursum cor habeamus ad dominum/ munus est domini/ de quo munere ipsi domino deo nostro
gratias agere a sacerdote post hanc uocem quibus hoc dicitur admonentur/ et dignum
et iustum esse respondent/ Cum enim non sit in nostra potestate cor nostrum sed diuino subleuetur
auxilio ut ascendat/ et que sursum sunt sapiat/ ubi christus est in dextera dei
sedens non que super terram/ Cui de hac tanta re agende sunt gratie nisi hoc facienti
domino deo nostro/ qui nos per tale beneficium liberando de profundo huius mundi elegit
et predestinauit ante constitutionem mundi// Sed aiunt/ predestinationis definitionem/ utilitati
predicationis aduersari/ quasi uero aduersata sit apostolo predicanti/ Nonne ille doctor gentium

f v

In fide et veritate et predestinatione totiens commendavit / et verbum dei predicare non
destitit / Nunquid quia dixit deus est qui operatur et velle et operari pro bona voluntate
ideo non ipse et ut velimus que deo placeant et ut operemur hortatus est / Aut
quia dixit / qui in nobis bonum opus cepit perficiet usque in diem xpi ihu
ideo ut inciperent homines et perseverarent usque in finem ipse non suasit / Neque
ipse dominus hominibus precepit ut crederent atque ait / Credite in deum et in me
credite / nec tamen ideo eius falsa sententia est nec vana diffinitio ubi ait / Nemo venit
ad me .i. nemo credit in me nisi fuerit ei datum a patre meo / Nec rursus quia
vera est hec diffinitio ideo vana est illa preceptio / Cur ergo predicationi preceptioni exhor
tationi correptioni que omnia frequentat scriptura divina, existimamus inutilem deffinitionem
predestinationis / quam commendat eadem scriptura divina / An quisquam dicere audebit deum
non presciisse quibus esset daturus ut crederent / Aut quos daturus esset filio suo ut
ex eis non perderet quemquam / Que utique si prescivit profecto beneficia sua quibus nos dignatur
liberare prescivit / hec est predestinatio sanctorum / nichil aliud / prescientia scilicet et preparatio ben
eficiorum dei quibus certissime liberantur quicumque liberantur / Ceteri autem ubi nisi in massa
perditionis iusto divino iudicio relinquuntur / ubi tyrii relicti sunt et sydonii qui
etiam credere potuerunt si mira illa xpi signa vidissent / Sed quoniam ut crederent
non erat eis datum etiam unde crederent est negatum / Ex quo apparet habere quosdam
in ipso ingenio divinitus naturaliter munus intelligentie quo moveantur ad fidem si congrua
suis mentibus vel audiant verba vel signa conspiciant / Et tamen si dei altiore iudicio
a perditionis massa non sunt gratie predestinatione discreti / Nec ipsa eis adhibentur vel dicta
divina vel facta per que possent credere si audirent utique talia vel viderent
In eadem perditionis massa relicti sunt etiam iudei qui non potuerunt credere
factis in conspectu suo tam magnis clarisque virtutibus / Cur enim non poterant credere
non tacuit evangelium dicens / Cum autem tanta signa fecisset coram eis non crediderunt
in eum ut sermo ysaie prophete impleretur quem dixit / Domine quis credidit auditui
nostro et brachium domini cui revelatum est / Et ideo non poterant credere quia iterum dixit
ysaias / Excecavit oculos eorum et induravit cor eorum / ut non videant oculis
nec intelligant corde et convertantur et sanem illos / Non ergo erant sic excecati oculi
nec sic induratum cor tyriorum et sydoniorum quoniam credidissent si qualia viderunt
isti signa vidissent / Sed nec illis profuit quod poterant credere / si ita predestinati essent
quia predestinati non erant ab eo cuius inscrutabilia sunt iudicia et investigabiles
vie / Nec istis obfuisset quod non poterant credere si ita predestinati essent ut eos cecos
deus illuminaret / et induratis cor lapideum vellet auferre / Verum quod dixit dominus
de tyriis et sydoniis aliquo alio modo potest fortassis intelligi / Neque tamen venire
ad xpm nisi cui fuerit datum / et eis dari qui in illo electi sunt ante constitutionem mundi
procul dubio confitetur aliquo non surdis auribus cordis eloquia divina auribus
carnis audivit / Et tamen hec predestinatio que satis aperte etiam verbis evangely

explicatur non prohibuit dominum et propter incipiendum dicere quod paulo ante commemoravi
Creditis in deum et in me credite / et propter perseverandum oportet semper orare et non de-
ficere / Audiunt enim hec et faciunt quibus datum est / Non autem faciunt sive audiant
sive non audiant quibus datum non est / Quia vobis inquit datum est nosse misterium
regni celorum / illis autem non est datum / Horum alterum ad misericordiam alterum ad iudicium
pertinet illius cui dicit anima mea / Misericordiam et iudicium cantabo tibi domine / Nec prede-
stinationis igitur predicatione impedienda est predicatio fidei perseverantis et proficientis
ut quod oportet audiant quibus datum est ut obediant / Quomodo enim audient sine pre-
dicante / Nec rursus predicatione fidei proficientis et usque ad ultimum permanentis
impedienda est predicatio predestinationis / ut qui fideliter et obedienter vivit non de ipsa
obedientia tamquam de suo non accepto bono extollatur / sed qui gloriatur in domino glorietur /
In nullo enim gloriandum quando nostrum nichil sit / quod vidit fidelissime Cyprianus Et fiden-
tissime definivit per quod utique predestinationem certissimam pronunciavit / Nam si in
nullo gloriandum est quando nostrum nichil est profecto nec in obedientia perseverantissima
gloriandum est / Nec ita nostra tamquam non sit nobis desuper donata dicenda est / Et
ipsa igitur dei donum est / quod se daturum deus vocatis suis illa vocatione
de qua dictum est sine penitentia sunt dona et vocatio dei omni christiano constitere prescivit /
Hec est igitur predestinatio quam fideliter et humiliter predicamus / Nec tamen idem
doctor et factor / qui et in sancta obedientia usque ad passionem pro christo perseverantissime
vixit ideo cessavit predicare evangelium / exhortari ad fidem / piosque mores atque ad ipsam
usque in finem perseverantiam quoniam dixit in nullo gloriandum quando nostrum nichil est sit / Ubi
veram dei gratiam id est que non secundum merita nostra datur sine ulla ambiguitate de-
claravit quam se daturum prescivit deus / his Cypriani verbis procul dubio predesti-
natio predicata est / que si Cyprianum a predicatione obedientie non prohibuit / nec nos debet
utique prohibere / Quamvis ergo dicamus dei donum esse obedientiam / tamen homines exhor-
tamur ad eam / Sed illis qui veritatis exhortationem obedienter audiunt ipsum dei donum
datum est / hoc est obedienter audire / Illis autem qui non sic audiunt non est datum /
Non enim quilibet sed christus nemo inquit venit ad me / nisi fuerit ei datum a patre meo /
Et vobis datum est nosse misterium regni celorum / illis autem non est datum / Et de
continentia / Non omnes inquit capiunt verbum hoc sed quibus datum est / Et cum apostolus
ad pudicitiam coniugalem coniuges hortaretur / Vellem inquit omnes homines esse
sicut meipsum / sed unusquisque proprium donum habet a deo / alius sic / alius autem sic /
Ubi satis ostendit / non tantum continentiam donum dei esse sed coniugatorum etiam castitatem
Que cum vera sint / hortamur tamen ad hec quantum cuique nostrum datum est ut possit
hortari / quia et hoc eius donum est in cuius manu sunt et nos et sermones nostri / Unde
et apostolus / secundum gratiam inquit que data est michi ut sapiens architectus fundamentum
posui / Et alio loco / Unicuique inquit sicut dominus dedit Ego plantavi Apollo ri-
gavit sed deus incrementum dedit / Itaque neque qui plantat est aliquid / neque qui rigat.

.h. v.

Sed qui incremetu dat deus / Et p hoc sicut exhortat et pdicat recte. ß ille q
accepit hoc donu ita exhortante recte atq pdicante. pfecto ille obedient audit
qui accepit hoc donu / hinc e q dns tu eis loquebatur qui carnales aures
aptas hrent / dicebat tn / Qui habet aures audiendi audiat / Quas no os
hre pculdubio noverat / Et quo aut heant quicuq hnt / ipe dns ostendit
ubi ait / Dabo eis cor cognoscendi me et aures audie / Aures ergo au
diendi ipm e donu obediendi / ut qui id hrent venirent ad eu ad que neo
venit nisi fuit ei datu a patre / Exhortam ergo atq pdicamq / ß qui hnt.
aures audiendi obedient nos audiunt / Qui vero eas no hnt / fit in eis
quod scptu e ut audientes no audiant / Audient videlz corporis sensu / non
audiant cordis assensu / Cur aut illi heant aures audiendi illi no hant
hoc e cur illis datu sit a pre ut veniat ad filiu / Illis aut no sit datu
quis cognovit sensu dni / aut qs consiliari eius fuit / Aut tu quis es ho qui re
spondeas deo / Nuquid ideo negandu e quod aptu e qr comphendi non
pt quod occultu est / Nuquid inq ppterea dicturi sumq q ita ee pspicimq
no ita ee / qm cur ita e no possumq invenire, ß aiunt ut scribitis / Neminez pos
se correptionis stimulis excitari / Si dicatur in conventu ecce audientibq multis
Ita se habet de pdestinatioe definita sna voluntatis dei / ut alii ex vobis
de infidelitate accepta obediendi voluntate venitis ad fidem / vel accep
ta pseverantia maneatis in fide / Ceti vo qui in pctorp delectatioe remoramini
ideo no du surrexistis quia no du vos adiutoriu gre miserantis erexit.
Verutn si qui estis nondu vocati quos gra sua pdestinavit eligendos / accipi
etis eandem gram que velitis et sitis electi / Et si qui obeditis si pdestinati
estis reiciendi subtrahentur obediendi vires ut obedire cessetis / Ista tn
dicunt / ita nos a gfitenda vera dei gra .i. que no scdm merita nra datur
et a confitenda scdm eam pdestinatioe sctorp deterre no debent / sicut no
deterremq a gfitenda psciencia dei / si quis de illa ppto sic loquatur ut dicat
Sive nunc recte vivatis / sive no recti / tales eritis postea quales vos deus
futuros esse pscivit / vel boni si bonos / vel mali si malos / Nuquid eni
si hoc audito nulli in torpore segnicie vitantur / et a labore pclines ad
libidine post cupiditates suas eant / ppterea de psciencia dei falsum putandum e ee
quod dictu e / Nonne si deus illos bonos futuros ee pscivit. boni erunt
in quantalibz nunc malignitate versentur / Si aut malos / mali erunt in quantalibet
nunc bonitate cernantur / fuit quidam in nro monasterio qui corripientibq fratribq
Cur queda facienda no faceret, et no facienda faceret, respondebat qualiscunq
nunc sim. talis ero qualem deus me futuru ee pscivit / Qui pfecto
veru dicebat / et hoc vero no pficiebat in bonu / Sz usq adeo pfecit

In malum ut deserta monasterii societate fiet tamquam reversus ad suum vomi//
tum et tamen adhuc qualis sit futurus incertum est. Numquid ergo propter has animas ea
que de prescientia dei vera dicuntur vel neganda sunt vel tacenda. Tunc si
quando si non dicantur in alios incurrunt errores. Sunt etiam qui propterea vel non orant
vel frigide orant quoniam domino dicente didicerunt scire deum quid nobis necesse
sit priusquam petamus ab eo. Numquid propter tales huius sententie veritas deserenda
aut ex ewangelio delenda putabitur. Ymo cum constet alia deum danda etiam
non orantibus sicut inicium fidei alia non nisi orantibus preparasse sicut usque in
finem perseverantiam profecto qui ex se ipso hanc habere se putat non orat ut habeat.
Cavendum est ergo ne dum timemus ne tepescat exortacio extinguatur oracio
attendatur elacio. Dicatur ergo verum maxime ubi aliqua questio ut dicatur
compellit et capiant qui possunt. Ne forte cum tacetur propter eos qui capere non possunt
non solum veritate fraudentur verum etiam falsitate capiantur qui verum capere quo
caveatur falsitas possunt. Facile est enim ymo et utile ut taceatur aliquod verum propter
incapaces. Nam unde est illud domini. Adhuc multa habeo vobis dicere sed non
potestis illa portare modo. Et illud apostoli. Non potui vobis loqui quasi spiritualibus sed
quasi carnalibus quasi parvulis in christo lac vobis dedi non escam. Nondum enim
poteratis sed nec quidem adhuc potestis. Quamvis modo quodam dicendi fieri possit
ut id quod dicitur et parvulis lac et grandibus esca sit. Sicut in principio erat
verbum et verbum erat apud deum et deus erat verbum. Quis christianorum tacere potest
quis capere. aut quid in doctrina sana reperiri potest grandius. Quod tamen
et parvulis non tacetur. Et nec grandibus nec parvulis occultatur. Sed alia est
ratio veritatis tacendi alia veritatis dicendi necessitas. Causas veritatis tacende longum est
omnes querere vel inserere quarum tamen est et hec una. Ne peiores faciamus
eos qui non intelligunt dum volumus eos qui intelligunt facere doctiores. Qui nobis
aliquid tale tacentibus doctiores quidem non fiunt sed nec peiores fiunt. Cum autem
res vera ita se habet ut fiat peior nobis eam dicentibus qui capere non potest
nobis autem tacentibus ille qui potest ~~nobis autem dicentibus tacentibus~~. quid
putamus esse faciendum. Nonne dicendum est potius verum ut qui potest capere ca-
piat quam tacendum ut non solum id ambo non capiant verum etiam qui est
intelligencior ipse fiat peior. Qui si audiret et caperet per illum plures discerent.
Quo enim est capacior ut discat eo magis est ydoneus ut alios doceat.
Instat inimicus gratie atque urget modis omnibus ut credatur secundum merita nostra dari
